A quod impellebatur ad comedendum de ligno prohibito, cùm dicat Scriptura: Vidiq; igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit: Nonne illa apparens sibi bonitas, pulchritudo, & delectabilitas, eam ad comedendum quoquo modo impulit & attraxit, cum dicat Virgilius in Bucol. — trahit sua quemque voluptas? cùm & hoc satis testetur Philosophus 3. de Anima in fine cap. de mouente & in libro Ethic. quasi per totum. Dicit quoque beatus Gregorius 21. Moral. 2. super illud Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vtne cogitarem quidem de virgine. Nec Eua lignum vitæ contagisset, nisi hoc prius incauta respiceret; scriptum quippe est, vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, &c. huic ergo pensandum est, cum quante debemus moderamine erga illicita visum restringere, nos qui mortaliter viuimus; si & mater viuentium per oculos ad mortem venit: Hinc Prophetæ dicit, Oculus meus deprædatus est animam meam; concupiscendo enim visibilia, inuisibiles virtutes amisit: quæ ergo interiorem fructum per exteriorem visum perdidit, per oculum B corporis pertulit prædam cordis; Et allegat hoc glossa super Gen. vbi prius; Quomodo etiam malus Angelus similitudinem Dei appetit, si non prius hoc apparuit sibi bonum, cum tam huius appetitum per talem apparentiam nullo modo ailectus fuerat, aut impulsus. Dicitque secundum Philosophos, quam Theologos nil aliud apperatur; & qualiter consequenter ad Augustinus Enchirid. 87. quod illam immortalitatem in qua posset non mori, natura humana perdidit per liberum arbitrium, hanc immortalitatem in qua posset non mori, natura per gratiam, quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum, quamuis sine gratia; nec tunc vilum meritum esset potuisset, quia etsi peccatum in solo erat libero arbitrio constitutum, non tamen iustitiæ retinendæ sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur; quam Auctoritatem recitat Lumbard. 4. sent. dist. 29. & addit, Ecce his verbis satis ostendit, quòd ante peccatū homo indigebat gratia operante & cooperante: Non enim habebat, quo pedē mouere posset sine gratiæ operantis & coopeentis C auxilio; habuit tamen quo stare poterat. Vnde patet expositio Lumbardi in principio capitul: recitata, autoritatum Augustini dicentium diuinum adiutorium fuisse necessarium hominis ante lapsum, ad standum in bono, asserens hoc esse liberum eius arbitrium, non est verum: Non enim veraciter exprimit mentem Autoris, sed est contraria menti eius, nec fideliter recitat eius verba, ex quibus posset fideiter ‖ conijci mens ipsius: Cùm enim recitauit illud Enchirid. 87. Sic prius oportebat hominem fieri, vt & bene velle posset, & malē; nec gratis seu frustra, si bene; nec impunē, si male; cur subiciuit quod eodem capitulo ponitur consequenter, & erat superius proximo recitatum; videlicet, etsi peccatum erat in solo libero arbitrio constitutum, non tamen iustitiæ retinendæ sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur: Quomodo ergo adiutorium illud diuinum, per quod sufficeret iustitiæ retinendæ, & sine quo liberum arbitrium non sufficit, liberum arbitrium dici potest? quia si sic, nihil aliud diceretur, nisi quod liberum arbitrium D per seipsum sufficeret iustitiæ retinendæ, & sine quo liberum arbitrium non sufficiebat; quorum primum negat Augustinus expressè, & secundum nullus dubitet idiota. Curitaque post hanc 2. sentent. dist. 29. recitatam ab eo, subiunxit, quod homo ante peccatum sine gratiæ operantis & cooperantis auxilio habuit quo stare poterat, cum tamen dicat Autoritas, quod tunc non sic sufficiebat liberum arbitrium iustitiæ retinendæ? Ergo nec tunc sic sufficit stare in iungit; sicut enim mori est in hominis potestate cùm velit; Nemo est enim qui non seipsum, vt nihil aliud dicam, vel non vescendo possit occidere; Ad tenendam ergo vitam voluntas non satis est, si adiutoria sue alimentorum, sue quorumcunque tuaminum desint, sic homo in Paradiso ad se occidendum, relinquendo iustitiam idoneus erat per voluntatem; vt autem ab eo teneretur vita iustitiæ, parum erat velle, nisi ille, qui eam fecerat, adiuuaret; nisi forsan quia per hoc significatur expressè, quod ad tenendam iustitiam quam homo in Paradiso habebat, ipsius liberum voluntaris arbitrium sine alio Dei ‖ *adiutorio* non sufficit. Cur etiam E capitulis hic capit. proximo plenius recitatas? cur inquam, pertransuit silentio alia dicta Augustini ibidem, quæ sua prædicta expositio destruit, vel potius ab eis destruitur? Nam capit. 47. dicit ita; Istam gratiam non habuerat homo, qua nunquam vellet esse malus, sed sanè habuit, in qua si permanere vellet, nunquam esset malus, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Idem ibidem capit. 48. Tunc dederat homini Deus bonam voluntatem: In illa quippe cum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat adiutorium sine quo in ea non posset permanere si vellet; vbi semper

Virgilius.

Gregorius.

Augustinus.

Lombardus.

‖ conijci

‖ auxilio

B semper distinguit inter hanc gratiam; seu hoc adiutorium, & liberum arbitrium voluntatis. Idem ibidem cap. 42. Si autem hoc adiutorium vel Angelo vel homini cum primum facti sint, defuisset, quoniam natura non erat facta vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non vtique sua culpa cecidisset: Adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non posset: Sed si hoc adiutorium sit liberum voluntatis arbitrium, quomodo potuit vel Angelo, vel homini defuisse? certe non aliter quàm natura sua sibi existenti potuit defuisse: Intelligit ergo de adiutorio alio per quod liberum arbitrium, quomodo potuit defuisse non peccaret pro statu hominis post peccatum, quibus deest tale adiutorium, non secundum debitum. Nunc autem, scilicet pro statu hominis post peccatum, quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum, iam pœna peccati est: 52. Primo vtique homini, qui in eo bono quo factus erat rectus, acceperat posse non peccare, posse non mori; posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseuerantiæ, non quo fieret vt perseueraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseuerare non posset. Et B capit. 60. Ita factum est, vt voluntas hominis inualida & imbecilla, scilicet post peccatum, in bono adhuc paruo perseueraret, habens virtutem liberi arbitrij, quamuis non de futuro in bono ampliori non perseuerauerit, habens virtutem Dei, cum voluntas primi hominis fortis & sana adiutorio Dei, sine quo non posset perseuerare, si vellet: Ex quibus, vt reor, satis apparet legentibus, & non negligentibus literas Augustini allegatas à Lumbardo locis prædictis, ipsum Augustinum eisdem locis velle liberum arbitrium, si vellet: Ex quibus, vt reor, satis apparet ledum in bono, homini vel Angelo necessariò requisitum semper distingui realiter, & differre. Idem quoque ostendunt Autoritates eiusdem de Natura & gratia, & de Ciuitate Dei capit. proximo allegatæ. Et siquid acutius dixerim, & cum minori reuerentia, quàm decet capit. sem Episcopum meum Magistrum Petrum Lumbardum, imò & Christum Domini Parisien- *Nota expositionem.* Pelagianorum commenta vehementer accendit: Non enim contra ipsum aliquid dixeram, C sed contra suum errorem, quia errori Pelagij plurimum est affinis; Concesso namque quod Angelus vel homo ante peccatum, per solum liberum arbitrium potuit perseuerare in bono quod habuit, concederetur facilter consequenter, quod homo post peccatum reparatus per gratiam, posset in ea perseuerare finaliter per solum liberum arbitrium voluntatis; sicuccapitulum proximum plenius deducebat, quod est contra capitulum septimum tam præmissum. Ad illud autem dictum Augustini de correptione & gratia 48. quod videtur facere pro hac parte, Dederat, inquit, adiutorium sine quo non posset permanere, si velit; dicendum, quod hoc non pro in eius reliquit libero arbitrio; posset ergo permanere si vellet; dicendum, si velit; vt autem vellet bat, quod illud adiutorium sit liberum arbitrium, sed magis videtur innere contrarium: Posset, inquit, permanere licet quod à libero arbitrio sit distinctū, sicut superius est ostensum: Posset, inquit, permanere si vellet; cuius causam immediatè subiungit, quia inquiens non deerat adiutorium, per quod D ipsum liberum arbitriū, sed aliquid sibi oppositū, per quod si vellet illi initu, perseuerare vale- ret, & quod si desereret perseuerare non posset; pro quo supra eiusdem 47. expressius dicitur isto modo; Istam gratiā habuit primus homo, in qua si permanere vellet, quanquā malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse nō posset, sed eam per liberum arbitrium deserere posset, quoniā liberum arbitriū ad malum sufficit, ad bonum autem parti est, nisi adiuuetur ab omnipotenti Deo bono; quod adiutoriū si homo ille per liberum arbitrium desseruisset, semper esset bonus; sed deseruit, & defectus est; tale quippe erat adiutorium quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet. Illud aliud eius dictum c. 57. patet per idem: Non enim sequitur; licet perseuerare, & non perseuerare in hominis relinqueretur arbitrium, quod adiutorium Dei, sine quo perseuerare non posset si vellet, sic eius liberum arbitrium; imò quod potuit perseuerasse si voluisset, non tamen viribus solius liberi arbitrij, sed illius diuini adiutorij sæpe dicti, quod eum ad perseuerandum finaliter adiuuisset, nisi illud prius E culpabiliter impulisset, sicut superius proximo erat dictum. Cum autem dicit de bono perseuerantiæ 10. Non discedere à Deo, & non inferri in tentationem non esse in viribus liberi *Expositio.* arbitrij, quales nunc sunt, fuisse autem in homine antequam caderet; intelligit, quod cum æquali adiutorio & cæteris paribus, hoc est minus & difficilius in viribus liberi arbitrij nunc, quā tunc erat: Ita quod tunc non omnino nullo, sed minori adiutorio quā nunc egebat: Cuius causa est, quia tunc secundū Aug. de Corrept. & gratia 57. vt perseuerare vel non perseuerare in hominis relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quæ sine vllo fuerat instituta peccato, & nihil ipsi ex seipsa concupiscentialiter resistebat, vt dignè tanto bono ne viuendi fæliciter perseuerandi committeretur arbitrium; Nunc verò [illegible] magna, peccati merito, amissa libertas, etiam maioribus dono[illegible]

ras: Nunc, inquit, maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas, scilicet libertatis arbitrij, A
ergo tunc saltem minoribus fuit adiuuanda libertas; & supra eiusdem 54. sic ait, Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, quæ in Paradiso non fuerunt, donec perseuerantiæ munita atque perfecta, vt cum amoribus omnibus, terroribus, & erroribus suis vincatur hic mundus: Et sequitur 55. Hæc Sanctorum martyria docuerunt; Deinde ille Adam scilicet, & terrente nullo, & insuper contra Dei terrentis imperium, libero vsus arbitrio non steti in tanta fælicitate, in tanta non peccandi facilitate: Isti autem non dico terrente mundo, sed sæuiente ne starent, steterunt in fide. Vnde hoc, nisi donante illo, à quo misericordiam consecuti sunt vt fideles essent, à quo acceperunt spiritum non timoris, quo persecutionibus cederent, sed virtutis, & charitatis, & continentiæ, quo cuncta minantia, cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent? Is ergo est vnus intellectus Augustini in auctoritate sua præmissa. Alius eius intellectus est iste quod homo pro statu huius miseriæ indiget multiplicius adiutorio diuino ad perseuerandum in bono, quàm pro statu innocentiæ indiguit primus homo. Nam pro isto duplici statu adiutorio Dei eget, vno vt liberetur à seruitute peccati; alio vt conseruetur in libertate boni: Primo pro primo statu primus homo non egut, sed secundo, vt partim ex prioribus, partim ex alijs satis patet. Pro quo & Augustinus de Correptione & gratia 49. dicit; Nunc autem quibus deest tale adiutorium pœna peccati est; quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum; & tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum, quibus id dare Deo placuit, vt non solum adsit sine quo permanere non possumus etiamsi velimus, verumetiam tantum ac tale sit, vt velimus. Fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, & perseueranter tenendo, non solum posse quod volumus, verumetiam velle quod possumus, quod non fuit in homine primo; vnum enim illorum in illo fuit, alterum non: Namque vt reciperet bonum gratia non egebat, quia nondum perdiderat; vt autem in eo permaneret, egebat adiutorio, sine quo id omnino non posset. Idemque de eodem Enchirid. 87. ita dicit; Homo in Paradiso ad se occidendum, relinquendo iustitiam, idoneus erat per voluntatem; vt ab eo teneretur vita iustitiæ, parum erat velle, nisi ille qui eum fecerat, adiuuaret; sed post illam ruinam maior est misericordia Dei, quando & ipsum arbitrium liberandum est à seruitute, cui dominatur cum morte peccatum. Illa verò Autoritas Hypognost. in contrarium allegata, quæ dicit liberum arbitrium Adæ factum cum possibilitatis bono, quo valeret implere quod voluisset, & quod ipse fuit prima gratia, qua stare potuisset, si seruare mandata Domini voluisset, non probat, quod illud possibilitatis bonum, & illa prima gratia, aut illud diuinum adiutorium sæpius memoratum sit liberum arbitrium, sed magis videtur probare contrarium: Cum enim dicit liberum arbitrium cum illo bono creatum, nec vult dicere illud cum seipso creatum, videtur distinguere inter illa, innuendo quod liberum arbitrium non fuit creatum ab initio totum nudum, sed tanta gratia splendidum & vestitum, vt quod voluisset, potuisset impiesse, seruasse scilicet mandata dominica, & stetisse, si hoc facere voluisset; sed adhuc vltra gratiam iam prædictam indiguit alio Dei auxilio ad hoc volendum; Nam neque tunc quicquam potuit voluisse sine adiutorio manus eius, qui secundum Apostolum ad Philippen. 2. operatur in nobis velle, & perficere: Et quod Augustinus hoc modo intelligat, ipsummet in testem adduco de Correptione & gratia 47. de eadem materia sic dicentem; Istam gratiam non habuerat homo primus, qua nunquam vellet esse malus; sed sane habuit, in qua si permanere vellet, nunquam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset: ergo illa gratia à libero arbitrio differebat; & immediatè subiungit; sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset; nec ipsum esse ergo Deus voluit sine sua gratia, quem reliquit in eius libero arbitrio, quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum est, nisi adiuuetur ab omnipotenti Dei bono, quod adiutorium si homo ille per liberum arbitrium non deseruisset, semper esset bonus; sed deseruit, & desertus est: Tale quippe erat adiutorium, quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet, non quo fieret vt vellet. Hæc est prima gratia quæ data est primo Adam, sed hæc potentior in secundo Adam: Prima est enim qua fit, vt habeat homo iustitiam si velit, secunda ergo plus potest, qua etiam fit vt velit, & tantum velit, tanto ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat; nec illa quidem parua erat qua demonstrata est etiam potentia liberi arbitrij, quoniam sic adiuuabatur, vt sine hoc adiutorio in bono non maneret, sed hoc adiutorium si vellet, desereret; hæc autem tanto maior est, vt parum sit homini per illam reparare perditam libertatem; parum sit denique non posse sine illa, vel apprehendere bonum, vel permanere in bono si velit, nisi etiam efficiatur vt velit. Et infra cap. 49. sic ait, Si hoc adiutorium vel Angelo, vel homini, cum primum

Expositio secunda. B *Augustinus.* C D *Apostolus.* E

A primum facti sunt, defuisset; quoniam natura talis non erat facta, vt sine diuino adiutorio posset ‖ *manere* si vellet, non vtique sua culpa cecidisset: Adiutorium quippe defuisset sine quo manere non posset; nunc autem quibus deest tale adiutorium, pœna peccati est; quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum, & tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum, quibus id dare Deo placuit; vt non solum adsit, sine quo permanere non possumus, etiamsi velimus; verumetiam tantum ac tale sit vt velimus; fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, & perseueranter tenendo, non solum posse quod volumus, verumetiam velle quod possumus, quod non fuit in homine primo; vnum enim illorum in illo fuit, alterum non. Acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quo posset: Nam si habuisset, perseuerasset; posset enim etiam, si vellet, perseuerare. Hoc idem eiusdem testatur Autoritas 14. de Ciuit. Dei penult. cap. proximo allegata; Primus, inquit, homo sic erat institutus, vt si de adiutorio Dei fideret, bonus homo malum Angelum vinceret, meritum bonum habens in adiuta diuinitus voluntate recta; quia & ipsum fidere de adiutorio Dei non quidem posset sine adiutorio Dei. Patet ergo, quod licet primus homo ante peccatum potuit perseuerasse, si voluisset, tamen sine Dei auxilio non potuit illud velle; quare nec perseuerare finaliter, nec ad tempus, sicut capitulum proximum asserebat. *Augustinus.* B

CAP. XI.

Quod perseuerantia non est aliquod donum Dei creatum à charitate & gratia realiter differens & distinctum. C

VT autem istud diuinum adiutorium necessarium libero arbitrio ad perseuerandum in bono, memoratum superius generaliter confuse, cognoscatur distinctius; iam ‖ *restat* ostendendum, quod perseuerantia non est aliquod donum Dei creatum à charitate & gratia realiter differens, aut distinctum: Si enim esset, non repugnaret illa separari ab inuicem, & aliquem habere charitatem & gratiam, qui perseuerantiam non haberet, & si hoc posset per vnum momentum, posset per aliud, & deinceps vsq; ad finem, sicque aliquis sine perseuerantia finali perseuerare finaliter, quod contradictionem includit. Item si sic, habens charitatem sine perseuerantia per momentum, posset in fine illius momenti transire morte naturali, vel alia, sine perseuerantia finali diuinitus sibi data, & sic sine perseuerantia finali posset saluari; contra illud Matth. 10. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, hic, scilicet discretiuè, quia hic & non alius, dicente Domino Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, vita viuet, & non morietur; omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua quam operatus est, viuet; si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius non recordabuntur; in præuaricatione sua qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et Ecclesiastis 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Nulli etiam dubium, quin quicunque habuit donum charitatis & gratiæ, & non finaliter perseuerat in eo, cadit ab eo per peccatum mortale, in quo perdurat ad mortem, & est filius mortis æternæ: Talis ergo in charitate & gratia moriens, tamen sine perseuerantia finali simul æternaliter hæreditabit vitam & mortem; Vitam, quia moritur in charitate, quæ secundum Augustinum 15. de Trinitate [Dei] 18. sola est quæ diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ; Mortem, quia sine perseuerantia finali decedit. Item è contrario procedendo, si hæc distinguerentur realiter, posset aliquis sine charitate & gratia habere finalem perseuerantiam & saluari, quia qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, Matth. 10. quod est contra autoritatem Augustini præmissam. Imò nec posset quisquam esse beatus perfectè sine charitate & dilectione Dei actiua & passiua: Maximum namque bonum maximè sibi deesset; videtur etiam quod si per- ‖ remanet *Augustinus.* D

si perseuerantia posset esse sine charitate & gratia, posset esse sine quocunque alio tali bono, A
sed hoc videtur repugnantiam importare, quod scilicet aliquis perseueret, & non in aliquo tali bono; Perseuerantia namque aliquod tale bonum in quo fundetur, & maneat, necessariò præsupponit. Item si hæc sic differrent, perseuerantia esset maius bonum, & melius charitate; Esset enim forma ipsam perficiens & consummans, ac ad coronam perducens, sine qua charitas nihil valeret ad vitam, & in cuius virtute omnia bona merita faceret; non è contra, quod non est dandum, quia nullius virtutis actus proprius siue finis est melior actu seu fine proprio charitatis, qui est diligere Deum summè: Mandatum enim de dilectione Dei est
Matth. maximum & primum mandatum, teste veritate Matth. 22. Apostolus quoque prædicaturus
Apostolus. de charitate 1. ad Cor. capit. 13. immediatè ante, scilicet cap. 12. vt auditores benevolos redderet, & attentos, talem propheticum ad commendationem charitatis præmisit, Æmulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro; & statim cap. 13. de ipsa charitate prosequitur in hunc modum; Si linguis hominum loquar, & Angelorum, B
charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, &c. qui & in fine capit. sic con-
Augustinus cludit, Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas;
quem & secutus beatus Augustinus 15. de Trin. 18. loquens de charitate, sic ait; Nullum est isto dono Dei excellentius. Item si sic esset, perseuerantia haberet aliquem actum proprium, distinctum ab actibus proprijs aliarum virtutum: Habitus enim per actus proprios, sicut formæ per operationes proprias discernuntur, sicut Naturalis & Moralis Philosophi pariter & Theologi contestantur; sed talis actus perseuerantiæ proprius assignari non potest: non enim potest poni actus memoriæ, intelligentiæ, nec etiam voluntatis, vt inductio per singulos manifestat, nec omnino alius dici potest. Item si perseuerantia à charitate differret realiter, cum ipsa sit necessaria ad salutem; Dominus dedisset aliquod speciale mandatum de ipsa; quod tamen nusquam reperitur in testamento veteri, nec in nouo, aut obseruantia mandatorum Domini non esset sufficiens ad salutem; cùm tamen quærenti quid faceret vt C
Marc. vitam æternam perciperet, Dominus sic respondit, Mandata nosti, ne adulteres, ne occi-
Luc. das, &c. Marc. 10. ac si diceret manifestè; Hæc si facias, vitam æternam ‖ *percipies*; & Luc. 10. Legis-perito, quærenti à Domino quid faciendo vitam æternam possideret, requisiuit ab eo, In lege quid scriptum est? quo respondente, Diligis Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum, sicut teipsum, Dominus dixit illi, Hoc fac, & viues: Nec mirum, quoniam in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ, Matth. 22. Vel arguatur hoc modo, Obseruantia mandatorũ sufficit ad salutem, & perseuerantia differt à charitate realiter, ergo non continetur sub mandato de charitate, seu dilectione, nec sub aliquo alio, quia hoc minus videtur, ergo sine perseuerantia potest quis saluari. Vel adhuc sic si libet, Obseruantia mandatorum sufficit ad salutem, & non sine perseuerantia finali, ergo illa continetur sub
Perseuerantia habitualis & actualis. aliquo præceptorum, & hoc non erit nisi sub mandato de dilectione & charitate; ergo illa
& charitas nequaquam realiter distinguntur: Quare mihi videtur, quod perseuerantia habi- D
tualis sit charitas habitualis, seu perdurans; perseuerantia verò actualis sit peramatio, & ipsum perseuerare finaliter peramare. Vnde & Anselmus de casu Diaboli 3. Perseuerare
Anselmus. in faciendo aliquid, vt vno verbo dicatur, est perficere: Nam perseuerare in scribendo aliquid dicimus perscribere, in ducendo, perducere: Dicamus ergo si etiam non sit in vsu, quod perseuerare in voluntate sit peruelle, quare & perseuerare in charitatis amore, de quo dici-
Matth. tur Matth. 10. Qui perseuauerit vsque in finem, hic saluus erit, est finaliter peramare. Vel aliter potest dici consonantius ipsi voci, & fortè propinquius ipsi rei, quod perseuerare est perseuare mandata, & perseuerantia perseuantia mandatorũ. Vel adhuc generalius isto modo; Perseuerantia habitualis est iustitia habitualiter perseuata; perseuerantia actualis est iustitiæ perseuantia actualis, ipsum verò perseuerare est iustitiam perseuare.

COROLLARIVM. E

Corollarium, Quod nomen perseuerantiæ nullam rem absolutam essentialiter significat, sed accidentaliter & relatiuè, charitatem videlicet siue iustitiam cum respectu futuræ permansionis continuè vsque in finem, & quod non improbabiliter posset dici perseuerantiam esse ipsam relationem huius.

VNde manifestum est, quod nomen perseuerantiæ nullam rem significat essentialiter aut etiam absolutè; sed accidentaliter & relatiuè tantummodo, ipsam scilicet charitatem siue iusti-

A iustitiam, cum respectu ad finem, id est cum respectu futuræ permansionis continuæ vsque in finem, quare & non improbabiliter posset dici; perseuerantiam esse ipsam relationem huiusmodi, quod videtur innuere definitio Aristotelis, & maximè Tullij, cap. 7°. recitata; de quo nolo disserere plus hoc loco: satis enim, vt arbitror, erat de relationibus alibi disputatum. Istud corollarium ex præmissis in isto capitulo satis patet. Potest tamen ex abundanti aliter sic ostendi; Si etenim perseuerantia significaret essentialiter & absolutè aliquam rem in viatore, cùm illa non sit de essentia viatoris, nec ipsam essentialiter consequens, vt patet in multis ipsa carentibus, posset viator habens finalem perseuerantiam, ipsam amittere; ita quod verum esset, ipsum finalem perseuerantiam amisisse, sicut est de habitibus cæteris, & alijs actionibus absolutis; quod tamen contradictionem includit: Si enim perseuerantiam finalem amisit, aliquando eam habuit, ergo tunc fuit perseueraturus finaliter, quare & non casurus, & tunc similiter fuit casurus, sicut euentus subsequens demonstrauit: vel aliter, si iste cecidit in peccatum mortale, semper prius fuit casurus, ergo nunquam fuit non casurus, ergo nunquam habuit perseuerantiam, ergo nunquam eam amisit, contra hypothesin prius datam. Vnde Augustinus de bono perseuerantiæ 7. ita dicit; Dicimus quippe castum, quem nouimus castum, siue sit, siue non sit in eadem castitate mansurus, & si quid aliud diuini muneris habeat, quod teneri & amitti potest, dicimus eum habere quamdiu habet; & si amisit, dicimus habuisse: Perseuerantiam verò vsque in finem, non habet quisquam, nisi perseuauerit vsque in finem, multi eam possunt habere, nullus amittere, & supra eiusdem primo capit. probat idem.

CAP. XII.

Obijcit & respondet.

C

D

Ex hoc autem corollarium iam præmissum, patet responsio ad aliquas obiectiones possibiles fieri contra dicta: Si enim vt dictum est perseuerantia non differret realiter à charitate, cum *Obiectiones.* perseuerantia ipsa est idem realiter charitati, ergo & omnis habens charitatem habet perseuerantiã, quod falsum est, quia multi eam habentes sunt peccatum mortaliter & casuri, sicut fuit de Saule & Iudã & alijs nimis multis. Adhuc autem sicut multi Doctores testantur, & sicut potuit indubitanter fuisse; ponatur omnes Angelos charitatem seu gratiam recepisse, & ipsam per tempus aliquod tenuisse; & sit A instans communis acceptionis gratiæ: Omnes enim, vt videtur, gratiam, sicut & essentiam, pariter acceperunt; & C instans confirmationis bonorum; & P peccationis malorum: Certum est autem secundum omnes Doctores, quod A P tempus est idem A C tempori, vel pars eius. Constat namque quod post confirmationem bonorum, nullus malorum incæpit peccare in cœlo, & cùm boni habuerunt perseuerantiam per totum A C tempus, quia charitatem seu gratiam continuè permanentem, habuerunt etiam perseuerantiam per totum A P tempus; ergo & mali similiter, quod est falsum; vel si mali nunquam perseuerantiam habuerunt, nec boni: Cur enim Deus æquissimus tantum discerneret inter illos ante omne demeritum vel peccatum, vt nullus perseuerantiæ istis daret, illis verò negaret. Propter hanc etenim rationem, Augustinus 11. super Genesin ad literam 24. & 11. *Augustinus.* de Ciuit. Dei 11. & 13. Anselmus de casu diaboli 24. & Petrus 2. sentent. dist. 4. videtur istam *Anselmus.* discretionem negare de præscientia Angelorum, quod videlicet boni fuerunt præscij suæ bea- *Petrus.*
E titudinis futuræ, & mali non fuerunt præscij sui casus, quod tamen videtur multo amplius ponderandum de perseuerantia sine qua non est salus. Item si perseuerantia sit idem realiter charitati, cum charitas in diuersis sit maior & minor, sic erit de perseuerantia consequenter: Petrus ergo fuit magis perseueraturus, quàm Linus, ergo magis non amissurus suam charitatem, vel eam magis seruaturus, quod non oportet: in tantum enim potest quis seruare bonum suum minus ne cadat ab illo, sicut alius suum maius. Item cùm perseuerantia addat supra charitatem respectum continuationis per totum tempus vsque ad finem, quantitas illius respectus sequatur aliquo modo quantitatem sui fundamenti, scilicet charitatis, sequitur ipsum in maiori charitate esse maiorem, ergo & perseuerantiam illam maiorem: Ille enim respectus est quasi formale in perseuerantia, & charitas materiale. Sequitur etiam, quod cùm

tempus ad finem sit maius & minus & finis remotior & propinquior, quod ille respectus ex eis consurgens sit maior & minor, quare & perseuerantia consequenter. Imò & è contrario arguendo, cum ille respectus non possit augeri vel minui, & sit forma ipsius perseuerantiæ, sequitur ipsam perseuerantiam non posse augeri vel minui, & cum perseuerantia sit donum Dei creatum, sequitur quod Deus de sua omnipotentia infinita, aliquod donum suum creatum finitum non possit augere vel minuere quouismodo. Item si perseuerantia sit idem realiter charitati, & superaddat respectum continuitatis ad finem, nullus qui habet, & habuit continuè charitatem, posset rationabiliter perseuerantiam à Domino postulare: Nihil enim potest à Domino rationabiliter postulare, nisi quod à Domino potest accipere, sed perseuerantiam non potest accipere: Si enim posset, ponatur, ergo, ille nunc accipit perseuerantiam, ergo nunc accipit charitatem cum tali respectu; vel saltem talem respectum; sed charitatem illam non recipit, quia illam prius habuit; nec illum respectum ad finem, quia si nunc sit perseueraturus finaliter; ità fuit prius quamdiu continuè habuit charitatem. Vel aliter isto modo; Iste accipit perseuerantiam; ergo est perseueraturus vsque in finem, ergo ita fuit prius, quandiu habuit charitatem, ergo prius continuè habuit perseuerantiam, ergo non accipit illam modo. Item sit aliquis in charitate peccaturus mortaliter, & finaliter reuicturus, & eandem charitatem numero accepturus, & finaliter seruaturus; tunc iste non perseuerabit, quia peccabit mortaliter, & tamen habet perseuerantiam; Nam cras post pœnitentiam habebit perseuerantiam: Supponatur, & nunc habet eandem charitatem numero, quam tunc habebit, & respectu finis eiusdem numero; ergo & nunc habet eundem respectum numero, ergo & eandem perseuerantiam numero. Item iste, in illa charitate, quam nunc habet, est perseueraturus vsque in finem, quia cras sic est perseueraturus, ergo nunc habet perseuerantiam. Item si iste non habet perseuerantiam, non perseuerabit, nec est perseueraturus, cum tamen cras perseuerabit, & erit perseueraturus, ergo ille incipiet esse perseueraturus, & propositio de futuro nunc falsa incipiet esse vera, hæc scilicet, Iste perseuerabit finaliter. Item si sic; perseuerantia habita non posset amitti, sicut capitulum proximum demonstrabat, cum tamen illa charitas viatoris possit amitti; & per consequens ille respectus in prima fundatus: Sequitur etiam quod Deus dedit aliquod munus creatum alicui, quod ipsemet non potest auferre nec destruere vllo modo, imò & quod homo sit potentior ad retinendum, quam Deus ad auferendum illud munus. Item si perseuerantia esset huiusmodi donum Dei, aliquando illam perseuerantiam donaret; vel ergo in instanti, vel tempore; si in aliquo instanti, ergo cui datur tunc accipit, & habet perseuerantiam, & perseuerat; ergo prius perseuerauit, ergo prius continuè habuit perseuerantiam, ergo non accipit illam modo: Perseuerare namque quandam successionem importat, sicut mouere, cuius alia pars præcedit, aliaque succedit; Importat enim continuationem in bono. Alias etiam posset quis perseuerare finaliter tantum per instans, scilicet si immediatè post instans acceptionis perseuerantiæ finalis per diuinam potentiam de medio tolleretur; quod non est verum, quia ibi non esset principium nec finis, sed indiuisibiliter totum simul. Si autem donetur in tempore hoc ‖ *esset* per tempus aliquod totum primo, sicut loquitur Philosophus 6. Phys. 44. vbi definit illud hoc modo; Dico autem, primum inquit, quod non per alterum aliquid ipsius esse huiusmodi sit, & arguo, sicut arguit ibi Philosophus; Sit ergo illud tempus primum in quo Deus dat perseuerantiam A C, & B medium eius instans; tunc in B iste habet perseuerantiam; ergo illa vel datur ei in B, vel dabatur in A B, & vtrûlibet concedatur, non datur tunc in B C, ergo non in toto A C primò. Item talis mutatur de non perseuerante in perseuerantem, ergo secundum Philosophum vbi prius 44. cùm mutatus est primum est in illo, in quod mutatus, sicut à 40. vsque ad 44. demonstrat vniuersaliter in omni mutatione sic esse; & in illo 44. demonstrat, quod omne illud in quod aliquid mutatum est primò necesse est atomum esse. Idemque Philosophus 8. Phys. 69. ostendit, quod in omni mutatione de vna passione, seu dispositione in sibi oppositam est vnum signum, scilicet vnum nunc vtrisque commune & priori & posteriori, & vnum & idem numero, huius quidem finis, illius autem principium, quod semper est posterioris passionis, sicut si D sit non album toto A B tempore, & album toto B C tempore, erit album in B, nunc seu in instanti; quare si quis sit non perseuerans toto A B tempore, & toto B C tempore perseuerans, in B instanti erit necessariò perseuerans. Anselmus etiam de veritate 12. dicit, iustitiam mox cùm datur à voluntate seruari, quare & tunc perseueratur in ea. Item si perseuerantia esset huiusmodi donum Dei, daretur hominibus in vita præsenti, vel post eam; Non post, constat, loquendo de finali perseuerantia viatoris; nec ante, quia ponatur tunc quod Petrus viator habeat, & diu prius habuit perseuerantiam, tunc verum est Petrum habuisse perseuerantiam, ergo necesse est eum habuisse perseuerantiam. Nam secundùm Philosophum 1. peri hermenias, quodlibet verum de præteritò est necessarium; & si necesse sit Petrum habuisse perseuerantiam, cùm ex illo sequatur ipsum esse perseuerantem finaliter; & ex necessario non sequitur nisi necessarium, vt liber Priorum ostendit, necesse est Petrum esse perseuerantem finaliter, cum tamen sit viator potens peccare mortaliter, & sic amittere charitatem. Item nunc qui habet, & diu habuit charitatem, cassurus tamen ab ea, non habet nunc, nec vnquam habuit perseuerantiam, & tamen potest eam habere pro nunc, imò & potest nunc eam prius continuè habuisse; potest enim non cadere, sed perseuerare finaliter, ex quo sequitur ipsum nunc perseuerare & prius perseuerasse toto tempore quo habuit charitatem, & quicquid sequitur ex possibili est possibile, sicut nullus Logicus, nec Theologicus dubitat: Quare qui nunc non habet, nec habuit vnquam perseuerantiam; potest eam habere pro nunc, & eam prius continuè habuisse, ergo esset contingentia in propositionibus de præterito & præsenti, sicut in illis de futuro, quod est contra Philosophum 1. peri hermeniar capit. vlt. & contra Boetium ibi in comment. Et 1. de Cœlo penult. sic ait, Neque enim vna virtus eius quod est factum esse est, sed eius quod est esse aut futurum esse, quod & satis plane dicit ibi Auerroes commentator. Lumbardus quoque 2. sententi. dist. 25. dicit, quod liberum arbitrium ad præsens vel ad præteritum non refertur, sed ad futurum; ergo nec liberum arbitrium Dei; Deus ergo non potest dare nunc perseuerantiam, nec potest nunc dedisse perseuerantiam non habenti, & ei qui nunquam eam habebat, quare nec talis potest eam nunc habere, aut prius continuè habuisse. Item Augustinus de bono perseuerantiæ 7. ità dicit; Non dicant homines perseuerantiam cuiquam datam vsque in finem, nisi cùm ipse venerit finis, & perseuerasse cui data est, repertus fuerit, vsque in finem; Et idem eandem quasi sententiam capitulo primo dicit. Sed illud soluit aliud, & aperit mentem eius: Dicit enim. Itaque vtrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam duxerit, incertum est; Si enim priusquam moriatur cadat, non perseuerasse verissimè dicitur: Quomodo ergo perseuerantiam qui non perseuerauerit accepisse vel habuisse dicendus est? Vult ergo dicere, quod de nullo quamdiu duxerit istam vitam est determinatum & certum; quod perseuerantiam finalem accepit, non quod nullus eam accepit, imò frequentissimè ostendit eius oppositum, sicut præmissa capitula recitabant: Alia autem obiecta reicientur faciliter virtute corollarij præostensi, communi Logica succurrente.

CAP. XIII.

Quod illud auxilium, sine quo nullus perseuerat, & per quod quilibet perseuerat, est Spiritus Sanctus, diuina bonitas & voluntas.

Stenso quod liberum arbitrium ante lapsum, vel post, quantacunque gratia creata subnixum, non potuit perseuerare finaliter nec ad tempus, sine alio Dei auxilio speciali; nunc restat ostendere, quod sit illud * auxilium, quo suffultus perseuerans quilibet perseuerat, & sine quo perseuerare penitus nullus potest: Hoc autem adiutorium est Spiritus sanctus, diuina bonitas & voluntas, sicut 8. & 9. capitula prima faciliter demonstrabant; quod & potest ostendi sicut quintum huius secundi suam principalem conclusionem huic similem ostendebat; quod etiam testantur Auctoritates illis capitulis allegatæ; quibus & alias paucas addam. Augustinus siquidem de Correptione & gratia, 47. & 49. sicut finis noni huius secundi plenius allegauit, ostendit quod illud diuinum adiutorium necessariò requisitum libero arbitrio ad hoc quod perseueret in bono, non solùm est sine quo perseuerare non possumus etiamsi velimus, sed & efficit vt velimus; sed quid est id sine quo velle non possumus, & quod velle nos facit, & volutiones nostras efficit, nisi Deus, qui secundum Apostolum ad Philipp. 2. operatur in nobis velle, & hoc per Spiritum sanctum, & suam omnipotentissimam voluntatem, sicut 8. & 9. capitula primi probant? Nam diuina bonitas & voluntas frequenter in Scriptura canonica & Doctorum, Spiritui sancto appropriatè quodammodo assignantur. Quare dicit Augustinus de Correptione & gratia, 47. Prima

* Dei

Augustinus.

Apostolus.

gratia quæ data est primo Adam, est qua || *fit*, vt habeat homo iustitiam si velit, secunda plus po- || sit
test, quæ etiam || *fit* vt velit, & tantum velit, tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem con- || sit
traria concupiscentem voluntate spiritus vincat, voluntate scilicet spiritus sancti, sicut intelli- A
git Apostolus ad Rom. 8. cùm dicit, Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis; & vt osten-
dat quo spiritu illud fiat, statim subiunxit, Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij
Dei; & quod illud dictum Apostoli de mortificando facta carnis spiritu, non intelligatur de
spiritu hominis, sed spiritu sancto Dei, testantur Autoritates Augustini de Gratia, & Libero
arbitrio 26. de Prædestinatione sanctorum 13. & 6. contra Iulianum 14. sicut quartum huius
secundi plenius allegauit. Item de Correptione & Gratia 59. De ipsa perseuerantia, inquit,
Boni, noluit Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui eis non solùm dat adiu-
torium quale primo homini dedit, sine quo non possunt perseuerare, si velint; sed in eis etiam
operatur & velle, vt quoniam non perseuerabunt nisi possint, & velint, perseuerandi eis pos- B
sibilitas & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur; tantum quippe spiritu sancto accenditur
voluntas eorum, vt id eo possint quia sic volunt, ideo sic velint, quia Deus operatur vt velint.
Nam si in tanta infirmitate vitæ huius ipsis relinqueretur voluntas sua, vt in adiutorio Dei, si-
ne quo perseuerare non possent, manerent si vellent, nec Deus in eis operaretur vt vellent, in-
ter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas succumberet, & ideo perseuerare non
possent, quia deficientes infirmitate voluntatis nec vellent, aut non ita vellent infirmitate vo-
luntatis vt possent. Idem de bono perseuerantiæ 8. Perimus ne inferamur in tentationem, vt
hoc non fiat, & exaudimur; vtique non fit, quia Deus non permittit vt fiat; Et capitulo 18. Vo-
luntate sua cadit qui cadit, & voluntate Dei stat, qui stat; Et 36. Vnde, inquit, iatis disucide
ostenditur, & tuchóandi, & vsque in finem perseuerandi gratiam Dei non secundum merita
nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimam eandemque iustissimam, sapientissi- C
mam, beneficentissimam voluntatem. Ad hoc etiam facit illud Psalmi 32. Verbo Domini
cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, cum expositione Augustini super-
rius recitata; Et illud Psalmi 36. Confirmat autem iustos Dominus, & illud Psalmi 50. Spi-
ritu principali confirma me, & illud 2. ad Tim. 1. Bonum depositum custodi per spiritum san-
ctum qui habitat in vobis; Et illud Psalmi 72. Tenuisti manum dexteram meam, & in volun-
tate tua deduxisti me &c. Et illud Psalmi 29. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo
virtutem; præstitisti, inquit, decori meo charitatis, & gratiæ, virtutem perseuerantiæ. Vnde
Augustinus de Gratia & Libero arbitrio 14. ita dicit, Si gratia se subtraxerit, cadit homo non
rectus, sed præcipitatus libero arbitrio; Quapropter nec quando cœpit homo habere bona
merita, sibi debet tribuere illa, sed Deo, cui dicitur in Psalmo, Adiutor meus esto, ne derelin-
quas me: dicendo ne derelinquas me, ostendit si derelictus fuerit, nihil boni valet ipse per se:
Vnde & ille ait; Ego dixi in abundantia mea; non mouebor in æternum: putauerat enim suum
fuisse bonum, quod ei sic abundabat vt non moueretur; sed vt ostenderetur illi cuius esset il-
lud bonum, de quo tanquam de suo cœperat gloriari; paululum gratia deserente admonitus D
dicit, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem; auertisti faciem tuam à me, &
factus sum conturbatus. Idem de Correptione & Gratia 35. dicit, Discunt prædestinati,
quibus omnia cooperantur in bonum in ipsa vita iusta, cùm tremore se exultare debere, non
sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciam permanendi, nec dicendo in abundantia sua,
Non mouebor in æternum; propter quod eis dicitur, Seruite Domino in timore & exultate
ei cum tremore, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta: neque enim ait, ne
veniatis ad viam iustam; sed pereatis de via iusta. His verbis vsus est Apostolus vbi ait,
Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini; & ostendens quare cum timore
& tremore, Deus est, inquit, qui operatur in nobis & velle & operari. Non enim habebat
hunc timorem & tremorem qui dicebat, In abundantia sua, Non mouebor in æternum, sed
quia filius erat promissionis non perditionis, expertus Deo paululum deserente, quid esset ip- E
se Domine, inquit, In voluntate tua præstitisti decori meo virtutem; auertisti faciem tuam à
me, & factus sum conturbatus; ecce doctior ob hoc & humilior, eam tenuit viam iam videns
& confidens in voluntate sua, Deum decori eius præstitisse virtutem; quod ipse sibi tribuens,
dicebat, Non mouebor in æternum; factus ergo conturbatus vt se inueniret, & humiliter sa-
piens, non solùm æternæ vitæ, verum etiam in hac vita piæ conuersationis & perseuerantiæ,
in quo spes habenda esset, audiret. Idemque de verbis Apostoli sermone primo, tractans
eius autoritatem præmissam, sic ait; Iam inquis, ambulo viam iustam; opus erat vt discerem;
opus erat vt per doctrinam legis scirem quid agerem; habeo liberum voluntatis arbitrium;
quis me abiecta via separabit: si legas diligenter inuenies quiddam de sua quadam abundantia
quam

Augustinus. Psalmus. Augustinus. Augustinus. Apostolus. Augustinus.

quam tum acceperat extollere se cœpisse, Dominum autem misericordem vt doceret humi-
litatem, quod dederat abstulisse, illam verò subitò inopem remansisse, & misericordiam Dei
recordationem confessum, dixisse, Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum; ego
dixi, homo dixi, omnis homo mendax, ego ergo dixi in abundantia mea; tanta erat abun-
dantia mea vt hoc dicere auderem, non mouebor in æternum; quid inde? Domine in volun-
tate præstitisti decori meo virtutem, auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus: os-
tendisti, inquit, mihi, quia illud quod abundabam de tuo erat, ostendisti mihi vnde peterem,
vnde im-
eis tribuerem quod acceperam, cui gratias agere deberem, ad quem currerem sitiens, vnde
pleter, & quo impletus essem, ad quem custodirem: fortitudinem enim meam ad te custodi-
am, vt quo te largitore impleor, te Saluatore non perdam: hoc vt ostenderes auertisti faciem
tuam à me, & factus sum conturbatus; conturbatus quia siccatus; siccatus, quia exaltatus:
quid ergo Dominus dicit, Seruite Domino in timore, & exaltate ei cum tremore; sic & Apo-
B stolus, Cum timore, inquit, & tremore vestram ipsorum salutem operamini; Deus est enim
qui operatur in vobis; ergo exultate cum tremore, ne quando irascatur Dominus, & non veniatis ad viam iustam;
de via iusta: Nunquid dixit, ne quando irascatur Dominus, & non || *nos* admittat ad viam iustam? Iam in illa ambula- || vos
ant & non perducat ad viam iustam; aut & non || *nos* admittat ad viam iustam: Iam in illa ambula- || vos
ti, nolite superbire, ne etiam de illa pereatis, Et pereatis, inquit, de via iusta, cũ exarserit in || *breuem*
u, ira eius super || *nos*, non in longum: Nam vbi superbis, ibi quod acceperas perdis; hic territus || vos
homo quasi diceret, quid ergo faciam? sequitur, Beati qui confidunt in eo, non in se, sed in
eo: Quare & Psalmo 35. bene dicit Psalmista, Non veniat mihi pes superbiæ, & manus pecca-
toris non moueat me; Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt
stare: Ecce quomodo Domino irato superbis, pereunt de via iusta, in tantum quod expelluntur
ab ea, nec possunt stare in ea: nec mirum, quoniam ira in indignatione eius, & vita in volun-
tate eius; sicut sextum capitulum huius secundi diligentius exponebat.

C

CAP. XIIII.

Quod perseuerantia gratis detur à Deo, non mereritis comparetur.

D Post hæc autem restat inquirere, nunquid aliquis sibi possit perseuerantiam promereri, & quod sic, posset non improbabiliter apparere.
Aliquis enim potest mereri perseuerantiam alteri per preces suas deuo-
ras: alias enim inutile videtur fundere preces Deo, vt in bono quem- || confirma-
piam || *confirmet*, contra 8. huius præmissa; cur ergo non potest quis || *ret*,
mereri perseuerantiam sibi ipsi? Item viator existens in gratia, & cassi-
ras ab illa, posset & potest per deuotæ orationis instantiam sibi à Deo
perseuerantiam impetrare; cur alias nobis || *diceret* Filius, quod quic- || promisit
quid petieremus patrem in nomine Filij daret nobis. Dicitque Iacobus, Si quis vestrum in-
digeat sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei;
postulet autem in fide nihil hæsitans: Cur ergo si quis nostrum indiget perseuerantia, non
similiter faciet & similiter ei fiet, præsertim cùm Deus det omnibus affluenter, & omne
datum optimum, & omne donum perfectum à Patre luminum de sursum descendat. Item
homo potest mereri vitam æternam, sicut tota fides Christiana testatur, & hæc est maior &
melior perseuerantia, ergo multo magis potest & illam mereri. Item homo potest mereri
confirmationem finalem beatificam, & perseuerantiam sempiternam, sicut ex decimo huius,
E præmissis videtur sanctos Angelos meruisse; multo magis ergo perseuerantiam temporalem.
Item Augustinus de bono perseuerantiæ 7. hoc, inquit, Dei donum, scilicet perseuerantia sup-
pliciter emeretur potest, aliter contemnaciter non potest; Et infra 46. dicit quod alia Deus dat
non orantibus, sicut initium fidei, alia verò non nisi orantibus præparasse, sicut vsque in finem
perseuerantiam. His tamen nequaquam obstantibus, opposita pars videtur magis probabilis,
& magis consona rationi autoritatibus [illegible]: Si quis itaque possit mereri perse-
uerantiam, ponantur duo viatores, Ioannes & Petrus pares in omnibus naturalibus & gratui-
tis, & Deum neutri eorum dare perseuerantiam nisi secundum exigentiam meritorum; qui &
æqualiter perseuerantiam mereantur vsque ad A. tempus vel instans, in quo ambo tententur
æqualiter de peccato mortali; & cùm non sit necesse quod vno consentiente alter consentiat,
nec

nec quod vno resistente alter resistat, ponatur Ioannem resistere & sic mori, Petrum verò A
peccare; tunc Ioannes meruit perseuerantiam, & accepit in A vel ante; & Petrus omnino
æqualiter meruit ante A: Ergo & ipse accepit perseuerantiam in A vel ante, quod falsum est,
cùm non perseuerauit, sed cecidit. Vel sic, Petrus & Ioannes æqualiter meruerunt perseue-
rantiam eis dari, & Petrus non meruit perseuerantiam sibi dari, quare nec Ioannes contra pri-
missa. Vel ponatur disparitas quantalibet meritorum, & adhuc qui plus meruit perseueran-
tiam sibi dari, æqualiter vel minus tentatus potest cadere in peccatum mortale, & qui minus
meruit, æqualiter vel plus tentatus potest resistere & sic mori, quare & perseuerare finaliter.
Paruulis etiam baptisatis sic decedentibus perseuerantia quædam datur; multis verò adultis
qui multipliciter meruerunt, nequaquam: Imò & ponatur, quod vnus in maxima gratia con-
stitutus, excellentissimè mereatur perseuerantiam sibi dari, quod tamen tandem cadat in pec-
catum mortale, & quod alter in gratia paruula, scilicet baptismali nunquam bene mereatur,
sed per totum tempus suum, quod potest esse maius vel minus, exerceat se in actibus indifferentibus, veniali bus seu peccatis, sed abstineat à mortali, & ita decedat; iste ergo habuit perse- B
uerantiam finalem, ille nequaquam; quare & videtur perspicuum perseuerantiam finalem
non dari secundum eorum merita, quibus datur, sed secundum gratuitam gratiam, ipsam
dantis. Et si quis respondeat, perseuerantiam quibusdam prædictis non dari, quia licet mul-
tipliciter meruerunt, postea tamen mortaliter peccauerunt, non soluit nodum, nec difficulta-
tem euadit: Perseuerantia namque finalis est præseruatiua à peccato mortali, & conseruati-
ua finaliter aliorum meritorum diuinorum, dicente Augustino de bono perseuerantiæ 7:
Quomodo potest donum perseuerantiæ amitti, per quod fit vt non amittatur etiam quod
posset amitti; Et supra 3. Qui accipiunt perseuerantiam, profectò magnum Dei donum, quo
cætera eius dona conseruantur, accipiunt: qui ergo meruit perseuerantiam finalem, meruit
præseruari à Deo ab omni mortali peccato, & in bono finaliter conseruari: Cur ergo in casi-
bus prælibatis vnus præseruatur à malo, & conseruatur in bono, & alter nequaquam? Rur- C
sum iste nunc peccans mortaliter prius dignissimè meruit perseuerantiam sibi dari: Cur ergo
non prius eam accepit, sicut alius qui æqualiter meruit, vel minus vel minimè? Nec potest vl-
terius dicere, quod ipsam meruit & accepit, sed per peccatum sequens amisit, sicut per osten-
sionem corollarij noui huius patet. Nec potest quis fingere, quod postquam quis meruit
perseuerantiam, & accepit ipsum non posse peccare mortaliter; quicumque enim viator acce-
pit & habet perseuerantiam vsque in finem, nondum est in fine sed tendens ad finem; quare
sicut potest perficere vsque ad finem, ita potest deficere circa finem. Quis etiam dubitat san-
ctos Martyres, Confessores & Virgines, qui multis annis in charitate continua vsque ad vi-
tæ terminum perstiterunt, intra tantum tempus cadere liberè potuisse. Nec potest aliquis
somniare, quod de nullo est verum, ipsum habere perseuerantiam, quamdiu fuerit in hac vi-
ta, sed cum migrauerit, verum est ipsum perseuerantiam habuisse, licet hæc videatur senten- D
tia Augustini de bono perseuerantiæ 7. sicut 12. huius patet; licet etiam Solon, qui fuit vnus
de septem sapientibus peruetiquis dixerit nullum esse beatum dum viueret, post mortem ta-
men verum esse quod prius erat beatus: Hoc enim tam repugnantiam, quàm falsitatem in-
cludit; repugnantiam, quia si quis perseuerauit per aliquod totum tempus, tunc præsentia-
liter erat verum ipsum perseuerare per illud tempus, sicut est de eo quod mouetur per ali-
quod tempus totum; tunc ergo verum erat ipsum aliqua perseuerantia, aliquibusue perseue-
rantijs, quare adhuc aliqua perseuerantia ipsum tunc perseuerare præsentialiter, ergo verum
erat ipsum perseuerantiam tunc habere: Vel breuius, si quis mortuus habuit perseuerantiam,
vel hoc fuit per instans tantummodo, vel per tempus; non per vnum instans tantummodo
sicut ex 12°. huius patet, & quia illud instans vel fuit in vita eius, & cum non fuit immedia-
tum instanti mortis eius, (sicut alibi demonstratur, perseuauit tempore medio) vel fuit in
morte eius, & tunc non fuit vt aliquid habuit neque fecit; si autem habuit perseuerantiam per
tempus, toto illo tempore verum fuit ipsum habere perseuerantiam de præsenti. Et si quis E
proteruiat dicendo ipsum habuisse perseuerantiam per aliquod tempus, sed per nullum tem-
pus habuisse perseuerantiam; semper ergo pro quolibet suo tempore & instanti non habuit, &
fuit non habens perseuerantiam, quare nunquam habuit, nec fuit habens perseuerantiam con-
tra hypothesin. Rursum sic; Iste perseuerauit & habuit perseuerantiam, & non semper; Ali-
quando ergo, scilicet in aliquo instanti incepit perseuerare, perseuerantiamque habere, quod
sit instans dicatur A, & A non fuit instans mortis eius, quod sit B, quia tunc non incepit sed de-
sijt perseuerare, perseuerantiamque habere; nec fuit post B, sicut constat omnibus; ergo an-
te per totum ergo A B tempus iste perseuerauit, & perseuerantiam habuit. Prior quoque res-
ponsio falsitatem includit, quia secundum prius ostensa 11°. huius, perseuerantia non differt
reali-

A realiter absolutè à charitate seu gratia; qui ergo habet charitatem seu gratiam finaliter per-
mansuram, & perseuerantiam ipsam habet. Si etiam ista responsio esset vera, nullus perse-
ueraret, nec posset perseuerare in via, nec perseuerantia donum Dei, aut bonum, imò nec
esset, nec insuper esse posset, contra octauum huius secundi. Nec potest quis vlterius cauil-
lare, dicendo perseuerantiam nihil esse; nec aliquem præsentialiter eam habere, nec in præte-
rito habuisse, sicut nullus bene dispositus dubitat, & octauum huius certificat, & Ecclesia to-
ta tenet. Post has autem proteruias ad priorem materiam redeundum: Si quis igitur potest
perseuerantiam sibi mereri, vel hoc potest in charitate & gratia constitutus, vel sine; Non si-
ne, sicut 39um. & sequentia primi docent; si etiam potest sine, multò magis potest, si habeat
gratiam; ponatur ergo aliquem non habentem perseuerantiam, habere gratiam, & prius con-
tinuè habuisse, & mereri continuè perseuerantiam, & quòd in A tempore, vel instanti futuro
ipsam recipiet, & habebit, & sequitur euidenter quòd habuit eam prius, toto scilicet tempore
B quo continuè habuit charitatem, sicut vndecimum huius probat. Item meritum non est re-
spectu præteriti, vt scilicet faciat aliquid fuisse in præterito, quod in rei veritate non fuit in
præterito, cùm faciens præcedat factum tempore vel natura; si tamen iste continuè prius,
nunc, & post existens in gratia & sine perseuerantia mereatur perseuerantiam & eam accipiat,
habuit eam prius toto tempore, quo prius continuè habuit gratiam, sicut iam proximè est o-
stensum, & hoc per meritum suum bonum. Item tunc non perseuaturus nec prædestinatus
existens in gratia posset mereri sibi perseuerantiam finalem in bono, quare & posset mereri
quod esset prædestinatus, & de numero electorum, siue de numero saluandorum contra pre-
habita quinto huius, & 45. primi. Amplius autem si quis sibi perseuerantiam mereretur, ali-
qua esset causa & ratio assignanda circa voluntatem diuinam, quare vnus finaliter perseue-
rat, alius verò cadit, quia videlicet vnus perseuerantiam sibi mereretur, alius verò nequaquam;
cùm tamen aliquoties videamus vnum qui vixit sanctissimè toto penè tempore vitæ suæ, in
C ipso quasi exitu resilire, cadere, & sic mori; alium verò qui vixit sceleratissimè toto fere tem-
pore vitæ suæ, tandem in ipso quasi hiatu postremo resurgere, & sanctè transire; multi etiam
paruuli baptizati lauacro, merito transeunt sic ad vitam, multi verò adulti, qui diu multi-
pliciter meruerunt, tandem peccant mortaliter, & transeunt sic ad mortem. Quare & Domi-
nus in persona Iob, humanam ignorantiam in hac parte insinuans, dicit ei, Indica mihi si no-
sti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquodque ad ter-
minos suos, & intelligas semitas domus eius, Iob 38. Quid autem est lux nisi iustus? quid
verò tenebræ nisi peccator? quid via vel semita nisi actio? & quid terminus, locus, vel domus
nisi terminus actionis, seu vitæ, & perpetua mansio in gloria vel in pœna? Dicit igitur Domi-
nus, Si nosti omnia, indica mihi ista; quasi diceret manifestè, qui nescit omnia, hæc indica-
re non nouit. Huic autem expositioni Gregorius 29. Moral. 12. consonanter; Multos, in- Gregorius.
quit, videmus quotidie quia iustitiæ luce resplendent, & tamen ad finem suæ nequitiæ obscu-
D ritate tenebrantur, & multos certissimè peccatorum tenebris obuolutos, & tamen iuxta vi-
tæ suæ terminum repentè reddi luce iustitiæ liberos; Multos etiam notimus semel inuentam
viam iustitiæ illibatæ vsque ad obitum tenuisse, & plerosque conspeximus vsque ad exitum
cæpta semel crimina sine cessatione cumulasse; quis verò inter ista occultorum iudiciorum
nubila mentis suæ radium mittat, vt aliqua consideratione discernat, vel quis perduret in
malo, vel quis perseueret in bono, vel quis ab infimis conueratur ad summa, vel quis à
summis reuerberetur ad infima? Latent hæc sensus hominum, nec quicquam de cuiuslibet
fine cognoscitur, quia diuinorum iudiciorum abyssus humanæ mentis oculo nullatenus pene-
tratur. Videmus namque quod illa Deo aduersatrix gentilitas iustitiæ luce perfusa est, & Iu-
dæa dudum dilecta, perfidiæ est nocte cæcata: Scimus etiam quod latro de patibulo transi-
uit ad regnum, Iudas de Apostolatus gloria est lapsus in tartarum: Rursumque quia aliquan-
do sortes quæ cæperint, non mutantur, & latronem nouimus aliquando peruenisse ad supplicium, & Apostolos scimus percepisse propositum quod desiderauerunt regnum; quis ergo
E discutiat in qua via habitet lux, &c? Qui 25. Moral. 14. super illud Iob. 34. ipso conceden- Gregorius.
te pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contemple-
tur eum? Nemo, inquit, discutiat, cur stante Iudaico populo dudum in infidelitate gentili-
tas iacuit; & cur ad fidem gentilitate surgente, Iudaicum populum infidelitatis culpa prostra-
uit. Nemo discutiat, cur alius trahatur ex dono, alius repellatur ex merito: Si enim gentili-
tatem miratis assumptam ipso concedente pacem quis est qui condemnet? si Iudæam obtu-
pescis perditam, ex quo abscondit vultum suum, quis est qui contempletur eum? Augusti- Augustinus
nus quoque de bono perseuerantiæ 19. Ex duobus, inquit, paruulis originali peccato pari-
tor obstrictis, cur iste assumatur, & ille relinquatur, & ex duobus ætate iam grandibus impijs,
cur

cur ista ita vocetur vt vocantem sequatur; ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur; A
Inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perseuerantia vsque
in finem, illi non donetur; Inscrutabilia sunt iudicia Dei; eandemque sententiam in eodem
Augustinus. libro supra & infra sæpius recitat & ostendit. Idemque de Correptione & gratia 25. loquens
de bene pieque viuentibus, sed non perseuerature, sic ait; Hic si à me quæratur, cur eis Deus
perseuerantiam non dederit, quibus eam, qua Christianè viuerent, dilectionem dedit, me
ignorare respondeo. Non enim arraganter sed agnoscens modulum meum, audio dicentem
Apostolum; O homo, tu quis es, qui respondeas Deo, &c. & ô altitudo diuitiarum sapien-
tiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quantum
itaque nobis iudicia sua manifestare dignatur, gratias agamus; quantum verò abscondere,
non aduersus eius consilium murmuremur, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus.
Augustinus. Et 26. immediate subiungitur, Tu autem quisquis inimicus es gratiæ; sic interrogas
ipse qui dicis bene quod te non negas esse Christianum, & Catholicum iactas; si ergo confi- B
teris donum Dei esse perseuerare in bono vsque in finem; cur hoc donum illi accipient, illi non
accipient; puto quod mecum pariter nescis, & ambo hic inscrutabilia iudicia Dei penetrare
non possumus. Et sequitur 27. Mirandum est quidem multumque mirandum, quod filijs
suis quibusdam Deus quos regeneraueri in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit,
non dat perseuerantiam, cùm filijs alienis scelera tanta dimittat, atque impertita gratia faciat
filios suos: Quis hoc non miretur? quis hoc non vehementissimè stupeat? sed etiam illud
non minus verum est, & tamen verum, atque ita manifestum, vt nec ipsi inimici gratiæ Dei,
quomodo id negent, valeant inuenire, quod filios quosdam amicorum suorum, hoc est, regene-
ratorum bonorumque fidelium sine baptismo hinc paruulos exeuntes, quibus vtique si vellet,
huius lauacri gratiam procuraret, in cuius potestate sunt omnia, alienat à regno suo, in quod
parentes mittit ipsorum; & quosdam filios inimicorum suorum facit in manus Christiano-
rum venire, & per lauacrum introduci in regnum, à quo eorum parentes alieni sunt, cum & C
illis malum, & istis bonum meritum nullum sit paruulis ex eorum propria voluntate: Certè
hæc iudicia Dei quoniam iusta & alta sunt, nec vituperari possunt nec penetrari. In his est &
illud de perseuerantia, de qua nunc disputamus; De vtrisque igitur exclamemus, O altitu-
do diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, nec miremur
nos inuestigare non posse inuestigabiles vias eius: Vt enim alia innumerabilia taceam, quæ a-
lijs dantur hominibus, nec retribuuntur meritis voluntatum, alijs verò non dantur à Deo,
apud quem non est acceptio personarum, illos intueamur, de quibus agitur; De his enim dis-
serimus qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente voluntate
moriuntur: Respondeant, si possunt, cur illos cum fideliter & piè viuerent, non tunc de
vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fictio animas deci-
peret eorum: Vtrum hoc in potestate non habuit? An eorum mala futura nesciuit? nempe D
nihil eorum nisi peruersissimè atque insanissimè dicitur; Cur ergo non fecit? respondeant,
qui irrident, quando in rebus talibus exclamamus; Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Nec enim hoc non donat Deus quibus voluerit, aut verò Scriptura illa mentitur quæ de morte velut immatura hominis iusti ait, raptus est ne malitia immutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius. Cur igitur hoc tam magnum beneficium alijs donat, alijs non dat Deus, apud quem non est iniquitas aut acceptio personarum, & in cuius potestate est quamdiu quisque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta est super terram. Sicut ergo coguntur fateri Dei donum esse, vt finiat homo vitam suam, antequam mutetur homo in malum, cur autem id alijs donetur, alijs non donetur, ignorant; Ita donum Dei esse in bono perseuerantiam secundum Scripturas, de quibus testimonia multa iam posui, fateantur nobiscum, & cur alijs detur, alijs non detur sine murmure aduersus Deum, dignentur ignorare nobiscum. Propter hæc ergo huiusmodique motiua, probabilius mihi videtur, *Responsio propria.* & magis consonum rationi, catholicæque doctrinæ, quod perseuerantia non redditur meri- E
tis, sed gratis datur à Deo secundùm eius gratuitam gratiam, gratuitam prædestinationem, & gratuitam voluntatem, sicut prima gratia operans & iustificans peccatorem. Huius rei testis est *Augustinus.* Aug. de bono perseuer. 36. dicens, satis dilucidè ostenditur, & inchoandi & vsque in finem perseuerandi gratia Dei non secundùm merita nostra dari, sed donati secundùm ipsius secretissimam, eandemque iustissimam, sapientissimam, beneficentissimam voluntatem, quoniam quos prædestinauit, ipsos & vocauit vocatione illa, de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei. Et infra 48. A Pelagianorum, inquit, hæretica peruersitate tantum isti remoti sunt propter quos hoc agimus, vt licet nondum velint fateri prædestinatos esse, qui per Dei gratiam fiant obedientes atque permaneant, iam tamen fateantur, quòd eorum præueniat voluntatem

A tatem, quibus datur hæc gratia, ideo vtique ne non gratis dari credatur gratia, sicut veritas loquitur, sed potius secundum præcedentia merita voluntatis, licet contra veritatem Pelagianus error obloquatur præuenit ergo ad fidem, id est, actum fidei gratia, alioquin si fides eam præuenit, proculdubio præuenit, & voluntas, id est, actus volendi, quoniam fides sine voluntate non potest esse: si autem gratia præuenit fidem, quoniam præuenit voluntatem, profectò præuenit omnem obedientiam, præuenit etiam charitatem, id est, actum charitatis quâ vnicâ Deo veraciter & suauiter obeditur, & hæc omnia gratia in eo cui datur, & cuius hæc omnia præuenit, operatur. Hæc autem debent intelligi secundum expositionem præmissam 36. primi & sequitur, Restat in his bonis vsque in finem perseuerantia, quæ frustra quotidie à Domino poscitur, si non eam Dominus per gratiam suam in illo cuius orationes exaudit, operatur. Videte iam à veritate quàm sit alienum; negare donum Dei esse perseuerantiam vsque in finem huius vitæ, cùm vitæ huius, quando voluerit ipse, det finem, quem si dat ante im-
B minentem ipsum, facit hominem perseuerare vsque in finem; sed mirabilior, & fidelibus euidentior largitas bonitatis est Dei, quòd etiam paruulis, quibus obedientia non est illius ætatis vt detur, datur hæc gratia. Ista igitur sua dona quibuscunque Deus donat, proculdubio se donaturum esse præsciuit, & in sua præscientia præparauit: Quos ergo prædestinauit, illos & vocauit vocatione illa, quam me sæpe commemorare non piget, de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei. Namque in sua, quæ falli mutarique non potest, præscientia, *Definitio prædestinationis.* sua futura opera disponere, id omnino nec aliud quicquam est prædestinare. Et supra 19. sicut allegabatur superius, Ex duobus, inquit, pijs cur huic donetur perseuerantia vsque in finem, illi non donetur, Inscrutabilia sunt iudicia Dei: Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse; Nam si fuissent ex nobis, aut vnus prædestinatorum, qui de pectore biberat Domini hoc secretum, mansissent vtique nobiscum. Quid
C est quæso, Non erant ex nobis, nam etiamsi fuissent, mansissent vtique nobiscum? Nonne vtrique à Deo creati? vtrique ex Adam nati? vtrique de terra facti erant? & ab eo qui dixit, Omnem iarum ego feci, vnius eiusdemque naturæ animas acceperant? Nonne postremo vtrique vocati fuerant, & vocantem necessitatem secuti? vtrique ex impijs iustificati, & per lauacrum regenerationis vtrique renouati? sed si hoc audiret ille qui sciebat proculdubio quòd dicebat, respondere posset & dicere, vera sunt hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant, veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: Quæ est tamen ista discretio? Patent libri Dei, non auertamus aspectum; clamat Scriptura diuina, adhibeamus auditum; Non erant ex ijs, quia non erant secundum propositum vocati; Non erant in Christo electi ante mundi constitutionem; non erant in eorum sortem secuti, non erant prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur. Et superius 17. quærenti hæretico, cur quibusdam qui cum bona fide coluerunt, perseuerare vsque in finem non dedit; respondet, Cur putas; nisi quia non
D mentitur, qui dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum? Qui & de Correptione & gratia, 28. 29 & post, hoc idem per eandem autoritatem 1. Ioan. 2. & similes manifestat. *Augustinus.* Idem de bono perseuerantiæ 13. loquens de conuersione ad fidem, & perseuerantia in fide, sic ait; Hæc Deus facturum se esse præsciuit; Ista est prædestinatio Sanctorum quos elegit in Christo, ante mundi constitutionem, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate prædestinans eos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum secundum placitum voluntatis suæ; in qua gratificauit eos in dilecto Filio suo, in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius, redemptionem peccatorum secundum diuitias gratiæ suæ, quæ abundauit in eos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet eis mysterium voluntatis suæ, secundum bonam voluntatem suam, quàm proposuit in illo in dispositionem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris in ipso. In quo etiam & sortem consecuti sumus, prædestinati
E secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Contra istam veritatis tam claram tubam, Apostolum scilicet ad Eph. 1. quis homo sobriæ vigilantisque fidei voces vllas admittat humanas? Et infra 15. Sed cur, inquis, non solum in paruulorum, verum & geminorum seu *Augustinus.* grandæuorum, vna eadem causa tam diuersum iudicium? Nonne similis quæstio est, cur in diuersa causa iudicium idem? Recolamus igitur illos operarios in vinea, qui tota die laboraverunt, & eos qui vnica hora; nempe causa diuersa est impensi laboris, & tamen idem iudicium in redditione mercedis; Nunquid & hi aliud audierunt murmurantes à Patrefamilias *Nonne ly. bo. volo.* nisi hoc volo? Cui & concordanter Gregorius 25. Moral. vbi proximo fuerat allegatus; Nemo, inquit, discutiat, cur stante Iudaico populo, diuum in infidelitate gentilitas iacuit, & *Gregorius.* cur ad fidem gentilitate surgente, Iudaicum populum infidelitatis culpa prostrauit, &c. sicut

supra

supra, & immediatè subiungit; Itaque consilium summæ & occultæ virtutis satisfactio sit, aperta rationis: Vnde in Euangelio Dominus cùm de huius rei causa loqueretur, ait, Confitebor tibi Pater Domine cœli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis; Ita Pater; atque mox tanquam rationem quandam absconsionis, ac reuelationis adiungens, ait, quia sic fuit placitum ante te. Quibus nimirum verbis exempla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione, aliorum verò repulsione præsumamus: Cùm enim intulisset vtrumque non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, hoc videlicet ostendens, quia iniustum esse non potest quod placuit iusto; Vnde & in vinea mercedem laborantibus reddens, cùm quosdam operarios inæquales in opere æquaret in præmio, & plus in mercedem quæreret, qui labori amplius insudasset, ait, Nonne ex denario conuenisti mecum? Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi: An non licet mihi quod volo facere? In cunctis igitur quæ exterius exponuntur, aperta causa rationis est occultæ iustitia voluntatis: Dicatur itaque, Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo abscondit vultum suum, quis est qui contempletur eum? & quia sic minima sicut maxima, sic singula Deus iudicat sicut cuncta, aptè subiungitur, & super gentem, & super omnes homines; ac si apertè admoneamur intendere, quia hoc iudicium quod super vnam gentem describitur, etiam super omnes homines inuisibili examinatione celebratur, vt alius repellatur, alius eligatur occultè, sed nullus iniustè. Hoc ergo quod in maximis fieri cernimus, etiam in nobis singulis caute timeamus: Sic enim intenditur diuina iudicia super vnam animam, sicut super vnam vrbem; sic super vnam vrbem, sicut super vnam gentem, sic super vnam gentem sicut super vniuersam generis humani multitudinem, quia & sic intendit Dominus singulis, ac si vacet à cunctis, & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis. Et si opponendo quæsierit, quare Deus dat illis tanta munera gratiarum, quos non vult perseuerare in eis; Respondeo qui mihi in nullo tenetur, & dat vel accommodat mihi magnum bonum ad tempus, quam iniuriam mihi facit? vel si det mihi magnum bonum, quod non possum tenere, nisi ipso seruante, & propter culpam meam, ipso desinente seruare, illud amisero, quam iniuriam mihi facit? imo magnam gratiam mihi facit. Et si adhuc quæsieris, cur sic facit? adhuc respondeo, propter tuum commodum temporale, [& propter tale] & æternum commodum electorum, sicut potest haberi ex 32°. & 39°. primi. Quare & Augustinus de bono perseuerantiæ 17. Hominibus, inquit, videtur, omnes qui boni apparent fideles, perseuerantiam vsque in finem accipere debuisse; Deus autem melius esse iudicauit, miscere quosdam non perseueraturos certo numero Sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione securitas, non possunt esse securi: Multos enim à perniciosa elatione reprimit, quod ait Apostolus. Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat; voluntate autem sua cadit, qui cadit, & voluntate Dei stat qui stat: Potens est enim Deus statuere illum; non ergo se ipse, sed Deus; Veruntamen bonum est non altum sapere, sed timere. Et infra 37. Non inquit, sicut iam supra diximus, non perseueraturi perseueraturis prouidentissima Dei voluntate miscentur, vt esse discamus non alta sapientes, sed humilibus consentientes, & cum timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur: Deus est enim qui operatur in nobis & velle, & operari ‖ *pro bona voluntate*: Non ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle, Nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur etiam operari ‖ *pro bona voluntate*: Hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc est pium, hoc est verum, vt sit humilis & submissa confessio & deum rorum Deo. Qui & de sancta virginitate: 6. humilitatem virginibus persuadens, sic ait; An non propter aliud credendum est, permittere Deum, vt misceantur numero nostræ professionis multi & multæ casuri, & casuræ, nisi vt his cadentibus timor * inde augeatur, quo superbia comprimatur, quam sic odit Deus, vt contra hanc vnam se tantum humiliaret altissimus: Aliæ autem obiectiones possunt hic fieri & solui, sicut 35. primi. Si autem pars ista alicui placeat & melior responsio non occurrat, potest dicere ad primum obiectu, quod & si quis posset mereri perseuerantiam alteri, non oportet, quod posset & sibi; non enim quicquid quicunque potest mereri alteri, potest mereri & sibi: Potest enim fortasis quis sanctus vt Stephanus mereri alteri, puta Paulo, primam gratiam, gratiam conuersionis, gratiam operantem, & sibi ipsi nequaquam, sicut 35um. primi, & sequentia manifestant. Christus etiam per suam pijssimam passionem meruit liberationem à peccato, redemptionem à carcere, & alia multa nobis, & sibi ipsi nequaquam, sicut nullus dubitat Christianus; & patet per Gregorium in super Ezechielem, homilia sexta; per Anselmum 2. Cur Deus homo 19. per Petrum 3. sent. dist. 18. & per eosdem ac alios alijs locis multis. Potestque Petrus mereri Ioanni, vt Deus reueleret ei quod Petrus errat credendo A falsum, quod Petrus nihil intelligit, quod B est verum & non reuelatum

Obiectio. Responsio.

Obiectio. Responsio.

Augustinus

Augustinus

‖ per bonã voluntatem

‖ per bonã voluntatẽ

Augustinus.

* vester

Responsio ad rationes principales.

Nota pro solutione.

Perro

A Petro, vel forsitan quod nil Petro diuinitus reuelatur, & similia, & sibi ipsi hæc mereri non potest, quod enim Petrus hæc mereatur & habeat, includit repugnantiam manifestam. Nec quia quicquid petimus Patrem in nomine Filij, fiet nobis, ideo quicquid sic petimus, promeremur: Potest enim quis viator in gratia constitutus, rationabiliter petere vt sit de sorte prædestinatorum ad vitam, de numero electorum, in libro vitæ ascriptus; sic enim orat Ecclesia in secreto Missæ; Deus, cui soli est cognitus numerus electorum in superna fœlicitate locandus, tribue quæsumus, vt vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina, beatæ prædestinationis liber ascripta retineat; Sic & videtur Sapiens Deum orare, Noli, inquiens, me reprobare à pueris tuis, Sap. 9. & tamen nullus potest sibi prædestinationem mereri, sicut patet ex 45. primi, & quinto secundi. Et si quæras cur ergo petitur, quod per petitionem nullatenus ‖ *impetratur*, respondeo, quod quædam sunt opera, quibus nouum aliquod impetratur, quædam verò quibus antiquum bonum seruatur; per B aliquod enim opus acquiritur sanitas & per aliquod custoditur; sic & opera pia prædestinati non acquirunt ei prædestinationem, sed seruant: Aliquando namque nisi oraret, eleemosynas faceret, & reliqua opera pietatis pro temporibus oportunis, non seruaret suam prædestinationem, non teneret quod haberet, sed alius coronam eius acciperet, deleretur de libro viuentium, nec cum iustis filijs scriberetur. Quare & sicut est prædestinatio finis, scilicet vitæ æternæ, sic & operum præuiorum, sicut patet ex 45. primi: De perseuerante verò & perseuerantia similiter dici potest; Nolo tamen negare, quin huius opera mercedem in cœlo perpetuam mereantur. Vel aliter dici potest, quod ideo voluit Deus vt homines impotentes peterent prædestinationem & perseuerantem sibi à Deo, vt euidenter cognoscerent se non habere à se bona huiusmodi, sed à Deo. Vnde Augustinus de bono perseuerantiæ 11°. Post casum, inquit, hominis, non nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eum, nec nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt homo non recedat ab eo: Hanc posuit in C illo, in quo sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur, & per hoc, sicut operatur vt accedamus, sic operatur ne discedamus; propter quod ei per Prophetum dictum est, Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super Filium hominis, quem confirmasti tibi, & non ‖ *discedimus* à te. Hic certè non est Adam primus in quo non discedimus ab eo, sed Adam nouissimus super quem fit manus eius vt non discedamus ab eo: Christus enim totus cum membris suis est propter Ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius. Cum ergo sit super eum manus Dei vt non discedamus ab eo, ad nos vtique peruenit opus Dei: Hoc est enim manus Dei, quo opere Dei fit vt simus in Christo permanentes cum Deo; In Christo enim sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur: Manus igitur Dei est ista non nostra, vt non discedamus ‖ *à Deo*. Et sequitur 12. propter quod & posci à se voluit ne inferamur in tentationem, quia si non inferimur in illam, ab eo non discedimus, quod poterat nobis etiam non orantibus dari, sed oratione nostra nos voluit admoneri, à quo accipiamus hæc beneficia; à quo enim nisi ab illo D accipimus, à quo iustum est vt petamus? Adhuc autem fortasis & aliter respondendum, distinguendo de merito; Quoddam enim videtur impetratiuum; quoddam verò conseruatiuum; quoddam impetratiuum alicuius boni noui; quoddam conseruatiuum antiqui: Primo modo iuxta præmissa nullus perseuerantiam, sicut nec prædestinationem sibi meretur; secundo modo meretur, sicut ex præmissis apparet: Sicut si Princeps det militi certum feudum, vt faciat ei certum seruitium, alioquin illud perdat; cum facit seruitium debitum potest dici feudum suum mereri, non nouiter impetrando, sed ne amittatur seruando. Nec est euidens vsquequaque quod quicunque potest mereri maius, possit & quodcunque minus mereri: Non enim quia quis meretur regnum æternum cœleste, ideo potest mereri regnum temporale terrenum, nec quia quis potest mereri vltimum bonum suum magnum, ideo potest mereri primum bonum suum paruum; nec quia quis accepta prima gratia gratis data, potest mereri maius bonum temporale vel æternum, ideo potest & primam gratiam promereri, sicut ex 35°. E & sequentibus primi patet. Quomodo tamen quis mereatur vitam æternam, non est per omnia satis clarum: Non enim sine gratia illam meretur, sicut 39um. primi & sequentia manifestant, nec videtur quod illam in gratia mereatur, quoniam eo ipso quod est in gratia, etiam sine merito proprio qualicunque est filius regni, & hæres, sicut ex quadragesimo tertio primi patet, sicut etiam clarè patet de paruulis baptizatis. Imò & videtur quod ante infusionem gratiæ, ex gratuita & æterna Dei prædestinatione, quæ non sequitur causaliter aliquam causam secundam, puta gratiam aut merita, sicut potest patere ex quadragesimo quinto primi, sit filius regni & vitæ. Item iuxta præhabita 35°. 45°. primi; Deus vult hinc regnum & merita, & hæc finaliter propter regnum, non ergo propter hæc antecedenter & causaliter ac-

Nota.

Sapiens.

Quæstio. Responsio.

‖ impetraturus sit,

‖ discedamus

‖ ab eo.

Augustinus.

Nota bene.

Nota, nota, nota.

Nota, nota.

ceptat Dominus hunc ad regnum. Quomodo tamen quispiam mereatur vitam æternam potest cognosci ex hic præmissis & trigesimo nono primi. Per hæc autem & huiusmodi potest ad alia responderi; quicunque tamen in his vel alijs melius dixerit, deuotus amplector, obediens veneror, lætus sequor.

CAP. XV.

*De perseuerantia sempiterna, de confirmatione videlicet * beatorum & causa ipsius, quod ipsa est æterna charitas Dei voluntas.*

* bonorũ

Expedito igitur de perseuerantia temporali in via, restat inquirere de perseuerantia sempiterna in patria; de confirmatione scilicet beatifica beatorum, & de causa ipsius: Hæc autem perseuerantia seu confirmatio beatorum efficit eos certos, perseuerantia miserorum nequaquam: Hæc facit suos non posse peccare, illa nequaquam: Hæc facit beatos comprehensores ab actu beatifico à fruitione Dei resilire non posse, illa miseros viatores nequaquam, sicut ratio beatitudinis perfectæ requirit, sicut etiam multi Philosophi & Theologi omnes pariter contestantur, sicut & Petrus 2. sent. dist. quinta & septima aliqualiter recitat & declarat: quare circa ostensionem huius hoc loco, non reputo mihi ad alia properanti diutius immorandum. Circa causam verò istius multiplex sententia reperitur; Quibusdam enim videtur quod sit gratia, dicente Augustino tertio contra Maximinum 13. Cuicunque rationali creaturæ præstatur, vt peccare non posset, non est naturæ propriæ, sed Dei gratiæ; & Isidoro 1. de summo bono 10. Natura Angelorum mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed facit eos incorruptos charitas sempiterna: Gratia est, non naturâ esse incommutabiles Angelos; quod & Petrus 2. sentent. dist 7ª plane tenet. Istud tamen in forma, qua dicitur, videtur pati calumniam: Si enim gratia indistinctè sufficienter confirmet, gratia viatoris ipsum confirmat, præsertim cùm sit eiusdem naturæ sicut gratia beatorum. Item in dæmonibus, & hominibus obstinatis non oportet ponere aliquem huiusmodi habitum velut causam obstinationis eorum, quare nec in Angelis aut hominibus confirmatis simili ratione. Quapropter & quibusdam videtur, quod non quælibet nec quantalibet gratia, sed magna abundantia gratiæ confirmet beatos. Vnde Augustinus de Correptione & gratia 40. Diabolus, inquit, & Angeli eius etsi beati erant antequam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem, tanquam præmium ipsius mansionis acciperent, id est, vt magna per Spiritum Sanctum data abundantia charitatis Dei, cadere vlterius omnino non possent, & hoc de se certissimè noscerent; hanc plenitudinem beatitudinis non habebant, sed quia nesciebant suam futuram miseriam, minori quidem, sed tamen beatitudine sine vllo vitio fruebantur. Et sequitur 41. sic & hominem fecit cum libero arbitrio, & quamuis sui futuri casus ignarum, tamen ideo beatum, quia & non mori & miserum non fieri in sua potestate esse sentiebat, in quo statu recto ac sine vitio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profectò sine mortis & infælicitatis vllo experimento acciperet illam, merito huius permansionis, beatitudinis plenitudinem, qua & sancti Angeli sunt beati, id est, vt cadere non posset vlterius, & hoc certissimè sciret. Et 4. contra Iulianum 11. dicit, quod in fine quando videbimus summum bonum, superbiæ malum animum nostrum tentare non poterit, & contra quod certemus, omnino non erit, quoniam tanta satiabitur vnusquisque charitate superioris boni, vt ad seipsum sibi placendo deficere, ab illius delectatione, seu dilectione non possit. Dicitque Lumbardus 2. sent. dist. septima, quod boni Angeli in tanta gratia confirmati sunt, vt nequeant fieri mali. Sed nec illud videtur certissimum. Ostensum est enim 3º. huius, quod nulla causa secunda potest necessitare liberum arbitrium, quare nec vlla charitas vel gratia quantacunque. Item aliquis viator perfectus habet vt videtur, tantam charitatem seu gratiam, vel maiorem, in via, quantam vnus minimus beatorum puto infantulus,

Opinio 1ª. Augustinus. Isidorus. Reprobatio. Opinio 2ª. Augustinus. Augustinus. Lumbardus.

A lus, per baptismũ circumcisionem vel aliunde ab originali purgatus, habet in patria; & hæc non sufficit confirmare: Quomodocunque autem sit de facto, videtur Deum posse conferre viatori charitatem maiorem, quam habeat talis infantulus, & confirmare infantulum, aliquemque adultum sine tanto munere charitatis, quo posito reponitur difficultas. Item in obstinatis non est ponenda aliqua abundantia huius habitus, velut causa obstinationis in malo; quare nec in confirmatis in bono. Quibusdam videtur quod contemplatio Dei sit causa confirmationis beatorum in bono: Dicit siquidem Isidorus, primo de summo bono 10. Mutabilitatem naturæ suffragatur in bonis Angelis contemplatio Creatoris, vnde priuatus est Apostata Angelus, & dum sunt mutabiles natura, non tamen finit eos contemplatio mutari diuina. Dicitque Augustinus de vera religione 33. quod contemplatione & visione Dei Angeli & homines sunt beati; quibus & multa similia sæpe leguntur à multis: Sed hæc opinio sicut proxima arguetur. Præterea Angeli ante suam confirmationem contemplabantur & videbant Deum; homo etiam secundum Petrum 4. sentent. dist. 1. ante peccatum sine medio Deum videbat, & post peccatum multi Sancti Prophetæ contemplabantur, & videbant Deum, sicut clare demonstrant loca plurima Scripturarum. Item si visio Dei confirmet bonos in bono, quæ visio confirmat malos in malo? Et si dicatur quod priuatio visionis diuinæ confirmet eos in malo, cur ergo non omnes viatores dæmonum & similes priuati visione diuina non confirmantur in malo? Alij fortè dicent, quod non quælibet visio Dei confirmat, sed clara, & multum intensa: Hæc autem opinio potest refelli vt proxima à secunda. Iuxta hæc autem vlterius posset fingi opinio quinta & sexta, quæ dicerent, quod delectatio in Deo seu quædam certa delectatio multum intensa in Deo est causa confirmationis quæsita: Sed hæ duæ possunt refelli sicut duæ proximæ præcedentes. Alij verò opinantur, quod adhæsio ad Deum, & quasi conglutinatio quædam cum eo sit causa confirmationis beatificæ beatorum: Dicit enim Augustinus 12. de Ciuit. Dei 1. Beatitudinis Angelorum bonorum causa est adhærere Deo. Sed ista opinio videtur posse redargui vt prioris: Et si quis eam correxerit vt quæsdam prioris dicendo magnam adhæsionem Deo esse causam confirmationis quæsitam; Et hæc eius opinio corrigetur vt similes præcedentes. Alij arbitrantur quod quia sancti in cœlo non vident quicquam boni quo careant, quod possent malè appetere, ideo non possunt peccare, sed in bono quod habent immobiliter confirmantur. Vnde Anselmus de casu diaboli 6. dicit de bonis Angelis, quod à Deo sunt prouecti, vt sint adepti quicquid velle potuerunt, nec iam videant quid plus velle possunt, & propter hoc peccare nequeunt. Sed istud stare non potest; Confirmatio namque est effectus positiuus, habet igitur causam aliquam positiuam, quare non sufficit causa huius priuatiua. Secundum hoc etiam viator habens aliquod paruum bonum, nec videns maius, aut aliud (sic enim possent oculi eius teneri) esset immobiliter confirmatus. Nec ratio oppositionis rationabiliter ipsam fundat; Licet enim quis volens seu amans vnum bonum, non possit peccare volendo aliud seu amando, posset tamen peccare

B C D

Opinio 3ª. Isidorus. Augustinus. Reprobatio. Opinio 4ª. Opinio 5ª. & 6ª. Opinio 7ª. Augustinus. Opinio 8ª. Opinio 9ª. Anselmus.

D non volendo * seu non ‖ *amando illud simpliciter* omittendo, vel non possit à tali actu desistere, sed de necessitate illum semper continet, quæ causa positiua confirmationis in illo? Item si sic esset, aliqua esset causa proportionalis obstinatiua malorum in malo, quæ tamen non videtur posse rationabiliter assignari. Alij sequentes Anselmum de casu diaboli 2. & post, æstimant quod causa confirmationis beatorum [perfecta est] quæsita est, quia sciunt se futuros æternaliter miseros si peccarent, & nullus potest illud velle, vnde scit, quod æternaliter miser erit. Sed absit, secundum hoc enim beati potius vitarent peccata timore pœnæ, quàm amore iustitiæ, quod non decet. Rursum & similitia infernalis nunquam fuisset peccantibus ordinata, posset Deus bonos in bono æternaliter confirmare: Item tunc oporteret assignare causam proportionalem in obstinatis, quæ tamen non videtur possibilis assignari. Alij somniant, quod beati ex magna vehementia beatitudinis & delectationis annexæ efficiuntur quasi ebrij, sicque ligatur in ipsis liberum arbitrium, vt omnino nequeant ab actu beatifico

* aliud.
‖ amãdo illud, sed simpliciter

Opinio 10ª.

E resilire, nec in aliquem alium actum prodire, iuxta similia tertio huius præmissa. Vnde & Propheta, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, &c. Psal. 35. & Cantic. 5. Comedite, amici, & bibite, & inebriamini Charissimi. Sed hæc nullus sobrius ‖ *existimat*, nec quisquam sic somniat, nisi forte fuerit ebrius aut insanus: Quisque enim in tantum desipiat, imò magis insaniat, vt affirmet in beatitudine quæ tam secundum Philosophos, quàm Theologos est vltima perfectio hominis, animam humanam cum suis potentijs non fore summè perfectam, quam tamen fatetur summè perfecta, non posse habere vsum liberi arbitrij, & actum suum perfectum. Vnde Apostolus 1. ad Cor. 13. Charitas non agit perperam, charitas nunquam excidit, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Videmus nunc per speculum

Propheta. Cantica. ‖ æstimat. Apostolus.

Opinio 12ª. iumio ænigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: Alij adhuc videntes quod nullum vnum bonum per se solum posset esse causa sufficiens confirmationis, existimant, quod beatitudo totalis, quæ est omnium bonorum collectio simul & summa, est causa confirmationis quæsita: Illa namque plenariè satiat, cùm omne desiderabile ibi adsit, & omne fugibile longè absit, estque finis liberi arbitrij naturalis, & quodlibet mobile habito fine naturali quiescit. Vnde *Boetius* 3. de consolatione Philosophiæ prosa 2ª. Omnis, inquit, mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet, diuerso quidem calle procedit; sed ad vnum tamen beatitudinis finem nititur peruenire; id autem est bonum, quo quis adepto nil vlterius desiderare queat; quod quidem est omnium summum bonorum, cunctaque bona intra se continens, cui si quid abforet, summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum. Dicitque *Augustinus* 1. Confess. 1. Domine quia fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te: Sed hæc opinio, sicut & aliæ, videtur errare, maximè si loquatur de beatitudine totali creata; Nulla enim res creata simplex, vel multiplex potest necessitare rationalem & liberam voluntatem, sicut ‖ *tertio huius patet.* Voluntas etiam volens vnum duorum bonorum æqualiũ potest illud non velle, & aliud velle, imò & dimittere volutionem boni maioris, & velle liberè minus bonum; potest quoque vacare à dilectione cuiuslibet talis boni, sicut ex secundo & tertio huius patet. Item beatitudo totalis continet in se confirmationem tanquam partem eius præclaram, non est ergo tota beatitudo primò causa confirmationis quæsita, cùm idem, puta ipsa confirmatio non sit causa sui ipsius. Item si sic esset, esset & causa aliqua correspondens obstinationis malorum, quam tamen videtur impossibile assignare. Sunt autem præterhas, & multæ aliæ opiniones possibiles, quas gratia breuiandi meliùs ‖ *æstimo* silentio committendas. Mihi autem videtur, quod gratia, abundantia gratiæ, contemplatio Dei, & huiusmodi supradicta sunt causa quodammodo confirmationis in bono: sed nulla istarum sufficit per seipsam; causa autem confirmationis sufficiens non est, nec potest esse aliqua causa inferior, aut secunda, sed suprema, & prima, videlicet Deus ipse, Spiritus Sanctus, gratia & charitas increata, æterna, insuperabilis & immutabilis Dei voluntas, sicut ex 13°. huius. 6°. & 3°. ex 2°. primi 9°. & 10°. cum 23°. potest elici manifestè. Hoc autem specialiter testificari videtur illud Platonis in 2. Timæi, introducentis Deum ad Angelos sic loquentem: Dij quorum opifex paterque sum ego; Opera siquidem vos mea dissolubilia natura, mea tamen voluntate indissolubilia, quia voluntas mea est maior nexus, & vegetatior ad æternitatis custodiam, quàm illi vitales nexus ex quibus æternitas vestra coagmentata atque composita est, sicut primo & secundo primi plenius allegatur. Cui & concordanter Propheta, Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, Psalmo 32. & qui conuenientius sunt hi cœli, quam creaturæ rationales cœlestes in cœlestibus habitantes? Quod tractans Augustinus, cùm illo versiculi præcedentis, Misericordia Domini plena est terra, tractat 3°. ita scribit; Misericordia domini plena est terra, quid cœli audi quid cœli: Non enim indiget misericordia, vbi nulla est miseria. In terra abundat hominis miseria, superabundat Domini misericordia; Miseria hominis plena est terra, & misericordia Domini plena est terra: Cœli ergo vbi nulla est miseria, nunquid quia non indigent misericordia, non indigent Domino? Omnia indigent Domino, & misera, & felicia; sine illo miser non subleuatur, sine illo felix eget: Ergo ne forte de cœlis quæreres, cùm audires, Misericordia Domini plena est terra, audi quia Domino & cœli indigent, sermone Domini cœli solidati sunt, non à se sibi solidamentum fuerint, nec ipsi cœli firmitatem sibi propriam præstiterunt: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum; non habuerunt aliquid ex se, & tanquam supplementum à Domino perceperunt: Spiritu enim oris eius non pars sed omnis virtus eorum. Hoc autem verbum non inconuenienter potest intelligi verbum seu actus intellectus, seu voluntatis diuinæ: Nam sicut dicit *Rabbi Mose* de duce dubiorum 63. Verbum est triplex, scilicet lingua prolatum, concepitus mentis, (dixit insipiens in corde suo:) voluntas, dixit Saul vt interficeret Dauid; Duo vtrimq; modi competunt Creatori, vbi & tractans illud Psalmi præmissum, Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. dicit quod sicut spiritus oris, & os sunt verba accommodata ei, sic & verbum & dictum accommodantur ei, hoc est dicere quia sunt inuenta cum intentione & voluntate sua. Quod & *Moses* in prima rerum origine figurate ostendens, primò dicit cœlum creatum, & postea factum firmamentum, & hoc per dictum Dei seu verbum; Dixit, inquit, Deus; Fiat firmamentum, &c. & factum est ita. Quare & Iob 37. sub eadem metaphora primo recitat cœlos fabricatos, & postea solidatos; Tu, inquiens, forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Super quo

Opinio propria.

Propheta.

Augustinus.

Rabbi Mose

Moses.

Grego-

Gregorius 27. Moral. 25. Possunt, inquit, per Cœlos hi quiin cælestibus sunt conditi Angelici spiritus designari, de quibus bene dicitur, quod solidissimi quasi ærefusi sunt: Natura namque æris est rubigine difficile consumi, & virtutes Angelicæ, qui in diuino amore fixè perstiterunt, lapsis superbientibus Angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, vt in contemplatione conditoris, ‖ *sine* felicitatis fine permaneant, & in hoc quod sunt conditæ, æterna stabilitate subsistant: Quod bene apud Mosen ipsa de mundi origine historiæ verba testantur, cùm & prius factum cœlum dicitur, & hoc idem postmodum firmamentum vocatur, quod videlicet natura Angelica & prius subtilis est in superioribus condita, & post ne nunquam potuissent cadere, mirabilius confirmata. ‖ sine

CAP. XVI.

De perseuerantia sempiterna, seu obstinatione malorum in malo, & causa ipsius.

POstquam nunc tractatum est de perseuerantia sempiterna, seu confirmatione bonorum in bono; quod conuenientius quàm tractare de perseuerantia sempiterna, seu obstinatione malorum in malo? Porrò sicut confirmatio facit confirmatos non posse peccare, sic & obstinatio obstinatos non posse bene velle, aut facere, & sicut illa facit illos ab actu beatifico cessare non posse, sic & hæc facit istos ab actu misero vacare non posse; [illegible] cùm dicitur, Cor eius indurabitur quasi lapis & stringetur quasi malleatoris incus. Dicit; Aug. de fide ad Pet. 21. Nec diabolus nec aliquis Angelorum eius, ex quo ruinæ illius incurrit in hanc scilicet inferiorem detrusi caliginem, bonam potuit aut poterit resumere voluntatem; quod si possibile esset vt humana natura, postquam à Deo auersa perdidit bonitatem voluntatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilius hæc natura haberet angelica, quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prædita facilitate: Sed ostendit Deus vnde bona voluntas hominibus detur, quam sic amiserunt Angelicùm haberent, vt amissam deinceps habere non possint. Et infra 26. dicit, quod in hac vita tantum est tempus pœnitentiæ fructuosæ, quam qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro sæculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inueniet; quia etsi erit ibi stimulus pœnitudinis, nulla ibi erit correctio voluntatis: A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus ab eis possit vel diligi, vel desideran iustitia: voluntas enim eorũ talis est, vt habeat in se semper malignitatis suæ supplicium; nunquam tamen recipere possit bonitatis affectum; quia sicut illi, qui cùm Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt; ita illi qui erunt supplicio ignis æterni cum diabolo & eius Angelis deputati, sicut nullam vlterius habebunt requiem, sic bonam nullatenus habere poterant voluntatem. Et supra 19. partem Angelorum, quæ à Deo discessit, in æterno sic totam præcepit remanere supplicio, vt etiam ignem ei æternum pararet, in quo illi omnes prædicatores Angeli nec mala possunt voluntate vnquam carere nec pœna, sed manente in eis iniustæ auersionis malo, permanebit etiam iustæ retributionis æterna damnatio. Anselmus quoque de casu diaboli 6. ait, Sic disiuncti sunt Angeli, vt adhærentes iustitiæ nullum bonum velle possint quo non gaudeant, & deserentes illam nullum velle queant quo non careant, quod & multi Doctores multis locis testantur, sicut etiam Petrus 2. sent. dist. 32. & 37ª. & 4. sent. dist. vl. ostendit & tenet. Circa causam verò obstinationis varia sententiæ proferuntur; Aliqui namque ponunt causam tantummodo priuatiuam, alij positiuam, alij verò nullam. Ponentium causam priuatiuam quidam dicunt eam esse defectum, seu deserctionem charitatis seu gratiæ, sicut videtur Petrum velle sentire 2. sentent. dist. 32. & 37ª. Sed hic error, cùm secundum eundem Petrum 2. sentent. dist. 32. & 2ª. Angeli & primi parentes fuerunt creati sine gratia, tunc fuerunt similiter obstinati, omnesque viator carens gratia esset immutabiliter obstinatus. Item si defectus gratiæ sit causa sufficiens obstinationis, & habitus gratiæ est causa sufficiens confirmationis, contra proximo præmissa, vt in obstinatio & continuatio malæ voluntatis est effectus realiter positiuus. Habet ergo causam realiter positiuam, & non solum-

Ieb.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Opiniones de causa obstinationis.

Opinio 1ª.

Opinio 2. solummodo priuatiuam. Alij vero dicunt hanc causam esse defectum beneuolentiæ miseri- A
cordiæque diuinæ, Deum scilicet non velle misero misereri. Sed istud destruitur per proxi-
mam rationem. Item per 23. primi voluntas Dei est immutabilis, quare si Deus aliquando
non velit huic misero misereri, nec vnquam voluit; Quilibet ergo obstinatus, quandocun-
Opinio 3. que fuit, fuit immutabiliter obstinatus. Alij verò dicunt hanc causam esse defectum confir-
mationis in bono: Sed hi refellentur, vt alij præcedentes; præterea si sic esset, quilibet via-
Opinio 4. tor qui non est confirmatus, esset æternaliter obstinatus. Alij æstimant, quod sit in potentia
vtendi libero arbitrio: Dicunt enim quod vehementia pœnæ quam sustinent obstinati ipsos
Propheta. infatuat, & juxta tertio huius præmissa omnem vsum liberi arbitrij eis aufert; & in exteriores
tenebras eos mittit, sicque ipsos efficit obstinatos. Vnde Propheta, Turbatus à furore oculus
meus, vel sicut habeat Psalterium Romanum, Turbatus est ab ira oculus meus, Psalmo 6.
Augustinus. quod Augustinus exponens dicit, quod ira Dei erit in futuro judicio, & hæc est quædam eius
inchoatio, dum homines dolores & tormenta patiuntur, & maximè damnum intelligentiæ
veritatis, sicut jam commemorauit, quod dictum est; Dedit illos Deus in reprobum sensum. B
Nam ea est cæcitas mentis; in eam quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur,
sed nondum penitus cum in hac vita est: Sunt enim tenebræ exteriores, quæ magis ad diem
judicij pertinere intelliguntur; vt penitus extra Deum sit, quisquis dum tempus esset, corri-
Petrus. gi noluit; penitus autem esse extra Deum, quid est, nisi esse in summa cæcitate? De his etia-
m exterioribus tenebris Petrus 4. Sentent. dist. vlt. ita scribit: Sane exteriores tenebræ intel-
ligi possunt quædam malignitas odij & voluntatis, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum,
& quædam obliuio Dei, quia tormentorum interiorum & exteriorum doloribus à Deo
afficientur, & turbabuntur, vt ab illis ad cogitandum aliquid de Deo vix, & rarò vel nun-
quam in mentem reuocent; vt qui nimio pondere premuntur adeo stupescunt & turbantur,
vt interim in aliam cogitationem non se extendant, sed illuc redit impetus cogitationis, vbi
Reprobatio. sentitur vis doloris. Sed qualitercunque erit post diem judicij, ante non videtur sic esse. Nunc
enim dæmones obstinati scientiam magnam habent, multa vera prædicunt ingeniosè, cir- C
cumueniunt homines, & multa artificiosa & mirabilia subtiliter operantur, sicut & experi-
Gen. entia, & libri multiplices historici & alij prophani & catholici contestantur. Vnde & Gen.
3. dicitur, quòd Serpens erat callidior cunctis animantibus; Et in Euangelijs scribitur, quod
dæmonia sciuerunt Dominum esse Christum: Quorum etiam magnam scientiam Augusti-
nus, Gregorius, Isidorus, & quamplures Doctores Catholici contestantur concorditer mul-
tis locis, sicut & Petrus 2. Sentent. dist. 7. aliqualiter recitat & ostendit. Videtur etiam quòd
Deus omnipotens potuit percussisse apostatas Angelos pœna obstinationis sine tanta vehe-
mentia pœnæ sensus, & fortè sine aliqua pœna sensus, imò & cum delectatione, sicut & de ip-
Opinio 5. sis aliquoties legitur, quòd in rebus aliquibus delectantur. Alij verò putant, quòd causa ob-
stinationis in dæmonibus est naturalis immutabilitas voluntatis: Dicunt enim quod potentia
volutiua, seu appetitiua proportionatur potentiæ cognitiuæ, seu apprehensiuæ, à qua moue-
tur; Angelus autem quia non est depressus mole corporis, cognoscit & apprehendit immu- D
tabiliter sine discursu, quare & immutabiliter vult & appetit. Sed ista positio videtur peccа-
re & in materia & in forma; In materia supponendo falsum; Sicut enim Angelus est mutabi-
lis in se, & in sua natura, quia de non esse in esse, & è contra; Sic & in sua actione, præsertim
cùm habeat liberum arbitrium naturaliter habile ad meritum & peccatum: Angelorum
namque similium, quidam peccauerunt, quidam peccato restiterunt, & laudabiliter meruerunt. Item mali Angeli priusquam peccarent, habuerunt bonam voluntatem, sicut & alij Angeli, & primus homo: Non enim videtur, quòd toto tempore, quo steterunt, fuerunt penitus otiosi. Nam si primo erant otiosi in voluntate, & postea actuosi, mutabantur in voluntate; si etiam erant tunc otiosi in voluntate, & non in intellectu, quia tunc cognouerunt Deum, & seipsos, sicut nullus dubitat, & Autoritates multæ testantur, sicut etiam Petrus 2. Sentent. dist. 3. manifestat, voluntas eorum non necessariò conformatur cognitioni eorum, quod tamen hypothesis supponebat. Quod etiam mali Angeli ante lapsum habuerunt actum voluntatis, imò & actum bonum, testantur expressè multæ Autoritates nono huius & decimo allegatæ: Quod & de Lucifero videtur Prophetam innuere figuratè cum dicit, Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore in delicijs Paradisi Dei fuisti; Omnis lapis pretiosus operimentum tuum &c. tu Cherub extentus & protegens, & posui te in monte Sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis
Ezech. à die conditionis tuæ; Donec inuenta est iniquitas in te Ezech. 28. Quod & Gregorius 32.
Gregorius. Moral. & Homilea 34. super Euangelia de ipso Lucifero euidenter exponit: Habuit ergò Diabolus ante lapsum aliquam cognitionem, volutionem, & dilectionem, quam peccando amisit;

A amisit; quare & habuit mutabilem voluntatem. Item ponatur Angelum aliquid voluisse quod apparuit ei bonum, & quod postea illud idem ipsi eidem apparuit purum malum; tunc sicut secundo huius ostensa testantur, primam volutionem amisit. Item Angelus apparente ei obiecto sub ratione boni, non necessariò statim vult illud, sicut ex præostensis circa sextam quæstionem secundi huius apparet: Quare potest circa bonum sufficienter ostensum per aliquod tempus otiari in voluntate, & per aliud, illud velle; est ergo mutabilis voluntatis. Quare etiam non potest ab actu illo liberè cessare, sicut & potuit liberè vacare? Quid magis necessitat Angelicam volitatem ad perpetualiter continuandum liberum actum suum, quàm ad ipsum, post liberam vacationem ductuam temporaliter producendum? Non potest dici quòd actus, ex quo est productus, necessitat Angelicam voluntatem ad ipsum incessabiliter continuandum; quià simili ratione proportionalis actus voluntatis humanæ ipsam necessitaret similiter. Et si quis dicat, quòd actus liber voluntatis Angelicæ non
B producitur, nisi sufficienti deliberatione præhabita; & tunc necessariò producitur, ipsaque deliberatio habita necessariò semper manet, quare & actus voluntatis similiter dicit falsum, destruit hypothesin, nec difficultatem euitat. Dicit falsum: capiatur enim primus actus liber in Angelo, illum non præcedit deliberatio, cùm ipsa liberum actum importet. Potest quoque liberum arbitrium in liberum actum suum ex sola simplici apprehensione sine deliberatione syllogistica præcedente, & sic debere agere concludente; imò & contra deliberationem huiusmodi, sicut corollarium tertij huius monstrat: Alias enim in Lucifero qui malè voluit, erronea deliberatio, & error præcessisset peccatum, contra Autoritatem Ezechielis præmissam cum expositionibus Gregorij memoratis; & contra Augustinum, vt videtur 11. super Gen. ad literam 24. & post, diffusè; & contra multos Doctores materiam hanc tractantes. Nulla etiam ratio, aut deliberatio antecedens necessitat voluntatem, sicut tertium huius cum suo Corollario manifestat. Destruit hypothesin affirmantem in Angelis non
C esse discursum: Nec difficultatem euitat; Ipsum enim deliberare vel est necessarium, vel voluntarium; si necessarium, & ex illo necessariò sequitur velle; est ergo & ipsum velle necessarium, non liberum; si liberum, vel ergo quodlibet deliberare Angeli producitur per aliud deliberare præcedens, & sic in deliberare huiusmodi erit infinitus processus, quod nullus deliberare concedet, vel est aliquod primum eius deliberare, & euacuatur responsio, ac reuertitur difficultas. Item eadem ratione; causa confirmationis Angelorum bonorum esset similiter priuatiua, immutabilitas scilicet voluntatis contra proximo huius ostensa. Item ex eodem principio quiescit res naturaliter in termino, ex quo mouetur ad eum, sicut patet de elementis & alijs, & autoritas Philosophica contestatur; sed ex sola immutabilitate nunquam mouetur voluntas ad actum, sed ex aliquo principio positiuo. Item cùm Angeli ante confirmationem non omnia sciuerunt, quia non præsciuerunt suum casum, nec suam confirmationem, sicut docet Augustinus 11. super Gen. vbi prius; & Anselmus de Casu diaboli 21.
D & post; Imò nec post confirmationem omnes Sancti Angeli omnia sciuerunt, sed quidam eorum quædam nouiter didicerunt, sicut euidenter potest haberi ex Zacharia, Daniele, alijsque Prophetis, ex linguis & locutionibus Angelorum, ex Angelica hierarchia Dionysij, & scriptis authenticis Catholicorum Doctorum, ex quibus apparet quòd non solùm à Deo, sed quidam eorum ex alijs illuminantur, & per reuelationes nouiter instruuntur, imò nedùm per Deum, & alios Angelos, verùm & per homines quædam quibusdam Angelis nouiter innotescunt, dicente Apostolo ad Eph. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo qui omnia creauit, vt innotescat principibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem sæculorum quam fecit in Christo Iesu Domino nostro. Vbi Glossa, Sacramenti absconditi à sæculis, id est, celati ab omni sæculorum creatura: & existentis in Deo, id est,
E sola notitia Dei; vt innotescat, id est, datum est mihi Euangelizare, & illuminare, & videre quantum hoc est; quia per hoc aliquid accreuit Angelis, qui multa secreta in his didicerunt, & hoc est quod ait, Euangelizare, Dico, ita vt multiformis sapientia Dei de reparatione hominum innotescat per Ecclesiam, quæ dona Dei recipit, id est, per Apostolos in Ecclesia prædicantes; Principibus & potestatibus, id est, diuersis ordinibus Angelorum, qui sunt in cœlestibus, id est, in cœlo; vbi & nos erimus, & subdit, Dicit namque beatus Hyeronimus, Angelicas dignitates supra memoratum mysterium ad primum non intellexisse, donec completa est passio Christi, & Apostolorum prædicatio per gentes dilatata. Vnde in Esaia Angeli admirantes dixerunt, Quis est iste qui venit de Edom? & in Psalmo, quis est istæ Rex gloriæ? Non solũ ergo Patriarchis & Prophetis, sed principibus, & potestatibus in cœlestibus multi-
formis

formis sapientia Dei per Ecclesiam, id est, per ea quæ dicta & facta sunt in Ecclesia est reuelata. Chrysostomus quoque super Iohannem Homilia prima: Nihil, inquit, nobis Ioannes humanum dicit, sed omnia spiritualia abyssis Spiritus Sancti, ab occultis illis thesauris, & quæ nec Angeli antequam hic dixisset, nouerant: Nobiscum enim & hunc Ioannis vocem, & per nos didicerunt, & quoniam nobiscum; & hoc ostendit beatus Paulus dicens, Vt nota fiat nunc Principibus & Potestatibus per Ecclesiam multipliciter varia sapientia Dei. Si igitur & Principatus, & Potestates, & Cherubin, & Seraphin per Ecclesiam didicerunt hæc, manifestum est quoniam & ipsi cum multa alacritate circa hunc occurrerunt auditionem: Etenim in hoc honorati sumus non modicum, quod nobiscum Angeli didicerunt, quæ ignorabant. Petrus etiam 2. sent. dist 11. per eandem Autoritates idem ostendit & reuel. Si ergo Angeli sint mutabilis intellectus, cur non & mutabilis voluntatis? Si enim Angeli non omnia semper sciant, sed aliqua de nouo addiscunt, non est omniquaque perspicuum ipsos non posse discurrere, sed magis videtur quod possint. Item Augustinus de Fide ad Petrum 21. Si possibile esset vt humana natura, postquam à Deo auersa bonitatem perdidit voluntatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilius hoc natura Angelica haberet, quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prædita facultate, sicut superius plenius allegatur. Secundum ergo sententiam Augustini voluntas Angelica à Deo auersa, de sui natura est magis redibilis, conuertibilis; quare & mutabilis, quàm humana. Ista quoque positio peccat in forma; Non enim difficultatem euitat: Anima namque humana à corpore separata, damnata; & totus homo in corpore & anima simul damnatus post finale iudicium; quæ & qui de sui natura est mutabilis apprehensionis & similiter voluntatis, redduntur sicut & dæmones obstinati. Ponentium autem causam positiuam, quidam dicunt eam esse obstinationem voluntariam, seu voluntatem obstinatam in malo; Vnde Bernardus de Gratia, & Libero arbitrio 18. Nec Deus inquit, carer libero arbitrio, nec diabolus; quoniam quod ille non potest esse malus, non infirma necessitas, sed firma in bono voluntas & voluntaria firmitas; quodque is non valet in bonum respirare, non aliena facit violentia oppressio, sed ipsius in malo obstinata voluntas, ac voluntaria obstinatio. Sed istud stare non potest: Nihil enim potest esse causa sui ipsius. Item cùm dicitur, quod causa quare diabolus non potest respirare in bonum est ipsius in malo obstinata voluntas ac voluntaria obstinatio, quæro quæ sit causa illius obstinationis. Hic forsitan dicetur, & potest esse secunda opinio ponentium causam positiuam obstinationis in malo, quod est liberum arbitrium ipsius obstinati, refugiens libere omne bonum, & continuans libere actum malum. Et hoc videtur sentire Bernardus vbi fuerat allegatus: Quare & immediatè subiungit; Nunc igitur ex eo potius dicitur liberum esse arbitrium, quod siue in bono, siue in malo æquè liberam facit voluntatem, cùm nec bonus quispiam nec item malus dici debeat, aut esse valeat, nisi volens. Tali iam ratione non incongruè dicetur ad bonum se & ad malum habere æqualiter quidem vtrobique, videlicet par sit ei, non quidem in electione facilitas, sed in voluntate libertas: Hac sine dignitatis diuinæ, vt dictum est, prærogatiua rationalem singulariter creaturam conditor insignuit; quod quemadmodum ipse sui iuris erat, suæque ipsius voluntatis non necessitatis erat quod bonus erat; Ita & illa quoque sui quodammodo iuris in hac parte existeret, quatenus non nisi sua voluntate aut mala fieret, & iustè damnaretur, aut bona maneret, & meritò saluaretur. Et supra 5ª. Libertas, inquit, à necessitate æquè & indifferenter Deo vniuersæque creaturæ rationali conuenit tam bonæ quàm malæ, nec peccato nec miseria dimittitur, vel minuitur, nec maior in iusto est, quàm in peccatore; nec plenior in Angelo, quàm in homine. Quomodo namque ad bonum conuersus per gratiam humanæ voluntatis consensus eo liberè bonum, & in bono liberum hominem fecit, quo voluntarius efficitur, non inuitus pertrahitur: sic sponte deuolutus in malum, in malo nihilominus tam liberum, quàm spontaneum constituit, sua vtique voluntate ductum, non aliunde coactum vt malus sit. Et sicut cœlestis Angelus, aut etiam ipse Deus permanet liberè bonus, quia sua voluntate, non aliqua extrinseca necessitate: sic profectò diabolus æquè liberè in malum & corruit, & persistit, suo vtique voluntario nutu, non alieno impulsu. Manet ergo voluntas libertatis, vbi etiam sit ‖ *capacitas* mentis tam plena quidem in malis, quàm in bonis, sed in bonis ordinatè, in malis ergò quoque pro suo modo in creatura quàm in Creatore, sed in illo potentior. Sed nec istud causam obstinationis sufficientem assignat: Si namque solum liberum arbitrium faciat quempiam obstinatum in malo, vel hoc est mutabiliter vel immutabiliter; non mutabiliter liberè, sicut natura obstinationis importat, & præcedentia manifestant; nec immutabiliter, quoniam liberum arbitrium per se, & de sua natura est mutabile secundum contradictionem; sicut primum huius & sequentia docuerunt; sicut & constat

Opinio 7ª.

‖ Capacitas

Reprobatio.

constat ipsum fuisse & esse in viatoribus non obstinatis nec confirmatis: Si ergo liberum arbitrium per se solum aliquando obduret immutabiliter quempiam in actu malo, & semper; vel si aliquando non, nec vnquàm. Quare & dicit Philosophus 2. de Generat. penult. quod idem & similiter habens semper idem innatum est facere: Si ergo habeas liberum arbitrium cum actu malo aliquando, puta pro tempore peregrinationis possit liberè secundum contradictionem ipsum dimittere vel tenere, & non sit immutabiliter obstinatus in illo; aliquando verò, puta pro tempore obstinationis non sic, sed sit immutabiliter obstinatus in illo * solum liberum arbitrium nullatenus sufficit, sed aliqua alia causa requiritur, quæ liberum arbitrium in huiusmodi actu suo liget insolubiliter & captiuet. Item si solum liberum arbitrium obduraret malos in malo; cur non similiter solum liberum arbitrium confirmaret bonos in bono contra proximo declarata? Alij autem dicunt quod causa obstinationis quæsita est malitia & vitium obstinati. Vnde Petrus 2. sentent. dist. 7. Mali, inquit, à Deo per malitiam sunt obstinati, quod bonam voluntatem habere, siue bene velle non valent. Et infra, Mali, inquit, in vitio obdurati sunt, vt bene viuere nequeant: Sed malitia illa & vitium, vel est pura priuatio, vel aliquid positiuum; Si pura priuatio, reprobatur per priora; Si sit aliquid positiuum, vel actus, vel habitus; Si actus, aliquis actus creatus esset similiter causa confirmationis beatificè beatorum, contra proximo huius ostensa. Ostensum est etiam tertio huius, quod nulla res creata potest necessitare liberum arbitrium ad volendum, quare nec ad continuandum æternaliter suum velle. Item ille actus vel est necessariæ continuationis, vel non; Si sic, quæ causa necessitatis illius? Si non, quomodo necessitabit aliud in æternum? Si autem dicatur, quod sit aliquis habitus, reprobabitur sicut actus. Alij adhuc credunt, quod causa obstinationis sit vehementia volutionis; Dicunt enim quod quanto voluntas est perfectior, tanto perfectius in suum volubile se immergit; Voluntas autem Angelica, quia à corpore separata, est maximè perfecta & perfectè libera, quare & tam vehementer in suum volubile se immergit, quod retrahere se non valet: Sed ista positio sicut & quinta, peccat in materia, & in forma, & potest similiter reprobari: Ponit enim Angelos habere naturaliter immutabilem voluntatem, sicut & illa, nec vitat difficultatem de causa obstinationis animæ humanæ, totiusue hominis obstinati. Præterea specialiter contra istam; Sicut agens rationale habet libertatem contradictionis respectu sui actus, sic & respectu gradus illius, & quanto fuerit perfectius & liberius, tanto magis. Item immergat se viator quantum potest in aliquod volubile bonum vel malum; & cùm actus Angeli, & iste actus hominis sint proportionales istis agentibus, quia secundum vltimum potentiæ vtriusque, si vnus actus ita ligat suum actorem, quod retrahere se non valet, & alius ita suum; præsertim cum potentia libertatis humanæ imperfectior sit & minor potentia Angelicæ libertatis, quod nullus dubitat esse falsum, cùm homo maneat adhuc viator; vel si impotens homo se posit retrahere; & Angelus potens potest, cùm vterque mutabilis sit natura. Item eadem ratione sancti Angeli essent per seipsos sufficienter confirmati in bono contra proximo huius ostensa. Item quantum causa agit ad continuationem actus voluntatis Angelicæ, tantum potest & aliqua causa secunda agere ad productionem actus Angelicæ voluntatis; sed aliqua causa secunda, puta actus ipse seu modus volendi voluntatis Angelicæ tantum agit, quod ipsam necessitat ad continuationem illius; quare & aliqua causa secunda posset ipsam necessitare ad liberum actum suum, contra tertio huius præmissa. Item ex eodem principio mouetur res ad terminum, & quiescit in termino, sicut patet de elementis & compositis de irrationabilibus & rationabilibus, sed Angelus ex libertate arbitrij secundum contradictionem & contingenter mouetur ad actum volendi; quare & quantum ex se est, ex eadem libertate secundum contradictionem & contingenter, non ex necessitate contraria in eodem actu quasi in termino requiescit. Dicentes verò nullum esse causam obstinationis ponendam, dicunt obstinationem nihil esse, quare nullam causam habere: Dicunt enim, quod obstinatio est sola impotentia, seu priuatio potentiæ bene volendi, & à male volendo cessandi, & quod ipsa mala volutio obstinati est vnus effectus liberi arbitrij positiuus; sed non est ipsa obstinatio nec aliqua pars ipsius. Sed isti peccant dupliciter, tu in materia, & in forma; In materia, quia falsum supponunt, nullam scilicet priuationem habere causam; quis enim nesciat oblitionem, ignorantiam, cæcitatem, eclipsin, & cætera talia aliquas causas habere? Quis etiam nesciat Philosophiam multis locis docere eandem causam nunc præsentem, nunc absentem, nunc agentem, nunc cessantem, esse causam nunc ‖ *præsentis* alicuius effectus, nunc priuationis, seu defectionis ipsius? Quomodo etiam fiet mutatio de vno contradictoriorum in reliquum, & de vero in falsum, vel è contrario, sine causa? Simili quoque modo potest quis fingere nullam esse causam confirmationis in bono, & ipsam non esse aliquid positiuum, sed solam impotentiam, seu priuationem

* non

Opinio 8ª.

Petrus.

Opinio 10ª.

‖ præsens

A ...ale volendi, & à bene volendo cessandi, & quod ipse actus beatificus con-
...est vnus effectus liberi arbitrij positiuus; sed non ipsa confirmatio aliquidue ipsius.
...Peccant quoque in forma, quia difficultatem non vitant. Si namque liberum arbitrium, quan-
...tum est de se, posset, & prius potuit libere secundum contradictionem continuare actum
...suum & non, & nunc necessario ipsum continuat, hoc est ex aliqua causa ipsum nouiter ne-
...cessitante; aut ex aliquo impedimento ipsum nouiter prohibente, & || impossibilitante cessare.
...Liberum quoque arbitrium quantum est de se posset & prius potuit in actum contrarium a-
...ctui misero obstinati, & nunc non potest, hoc ergo est ex aliqua causa, aut ex aliquo impedi-
...mento ipsum nouiter prohibente & impossibilitante elicere talem actum: Quæ est igitur ista
...causa, aut impedimentum huiusmodi? & reuertitur difficultas. Sunt & alij modi dicendi
...minus probabiles, sed sufficiat istos paucos probabiliores hac vice breuiter tetigisse. Salua
...ignorantia Magistri Sententiarum, videtur quod obstinationis sit aliqua causa ponenda, causa vide-
...licet priuatiua, & similiter positiua; Priuatiua: quantum ad illud quod ibi ponitur priuati-
...uum; scilicet non posse bene velle, & hanc puto priuationem gratiæ seu defectum secundum
...præhabita 39. & 43. primi libri, nec hanc possunt mereri, per 35um. & sequentia dicti primi,
...nec Deus vult illam talibus gratis dare; Imò, vt iuxta præmissa 13. primi ista causa priuatiua
...reducatur ad causam positiuam priorem, ideo carent gratia & carebunt, quia in pœnam in-
...iustissimam peccati sui prioris Deus vult eos carere æternaliter gratia, quam si non peccassent
...æternaliter habuissent. Est & causa obstinationis similiter positiua, quantum ad illud quod
...ibi ponitur positiuum, & causa obstinationis similiter continua, quantum ad illud quod
...ponitur positiuum, sicut Bernardus videtur sentire: Sed quia hæc sola non sufficit, sicut superius est osten-
...sum, videtur iuxta proximo huius præmissa, quod Deum indignari & nolle hunc actum vn-
...quam cessare, ac velle eum æternaliter continuari in pœnam æternam iustissimam præceden-
...tis peccati, sit causa huius sufficiens & suprema. Vnde Propheta, Ira, inquit, in indignatio-
...ne eius, & vita in voluntate eius Psalmo 29. hæc autem ira seu vita ex indignatione seu vo-
...luntate diuina non est transitoria, sed morosa, sicut Augustinus fabiungit: Ad vesperum demora-
...bitur fletus, & ad matutinum lætitia, sed morosa, sicut Augustinus fabiungit: Ad vesperum demora-
...bitur fletus, & ad matutinum lætitia, sed morosa, inquam, & matutinum speciale impræsen-
...tis peccati, vel generale in futuro iudicio, quando nunc vel tunc peccatoribus occidit, vel occidet: Iu-
...stis autem oritur vel oriet Sol verus, & sic morabitur in æternum: Vt de hac ira seu pœna,
...vita seu lætitia tam morosa, nisi ex eadem indignatione seu voluntate diuina: vbi Glossa; Ad
...ideo ad vesperum & matutinum indignatione, & illa ira non est breuis, imò longa, quia fletus, id est omnimoda hominis mi-
...erit lætitia. Prosequere ordinem literæ, & quia vita est in voluntate eius, ideo ad matutinum
...seria, tam culpæ, quam pœnæ, demorabitur, quanquam vesperum & matutinum ibidem ab
...alijs aliter exponatur: Quis enim sciens fœcunditatem multiplicem sacræ Scripturæ, nesci-
...at quod multipliciter exponatur? Dicitque Augustinus 1. Confess. 12. Iusisti, inquit, Do-
...mine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis mordinatus animus; qui & de fide ad Petrum 26. dicit,
...quod voluntas eorum talis erat, vt habeat in se semper malignitatis suæ supplicium, sicut supe-
...rius plenius allegatur. Quare & sicut recitat Petrus 4. sent. dist. vlt. licet Doctores in hoc dis-
...cordent de ista voluntate obstinatorum, quod aliqui dicunt, quod non est peccatum, sicut supe-
...dicunt quod est peccatum, in hoc tamen omnes concordant, quod non est peccatum, & alij
...rius præcedentis. Quod & sacris potest haberi ex 39. primi, vbi monstratur quod nullum
...malij est impunitum, & ex 34. primi, vbi docetur quod vnum peccatum est pœna alterius. Hæc
...ergo obstinatorum voluntas, etiam etsi sit peccatum, secundum substantiam tamen actus, bo-
...na est, teste 26. primi, & in quantum est pœna peccati prioris iusta est, sicut nullus ignorat, &
...patet ex 34. primi huius: Ergo causa suprema est diuina voluntas, sicut nonum, & 21um. pri-
...mi demonstrant. Hæc autem vult Deus in reprobis obstinatis propter eruditionem electo-
...rum in via, & gloriam beatorum in patria, sicut patet: 39. primi: Et si quis objiciat tunc Deum E
...esse Autorem peccati, & velle peccatum, & quemlibet obstinatum velle, sicut Deus vult eum
...velle, quare & iuste velle, & cætera talia, 26um. & 34um. primi cum suis similibus respondebunt.

Ill impossibilitate

Responsio propria.

Psalmus.

Augustinus.

Petrus.

CAP.

A

CAP. XVII.

Quod nulla creatura rationalis potest confirmari vel obstinari immutabiliter per naturam.

B Sensu siquidem quod creatura rationalis quædam est immobiliter confirmata in bono; quædam verò immutabiliter obstinata in malo, & hoc non solum per liberum arbitrium, propriamque naturam: Inquirendum vlterius, Nunquid hoc possit fieri per naturam? Et quod sic, arguitur à quibusdam. In confirmatione Beati non apponitur naturæ adiutorium infinitum, sed tantum finitum & tantum posset ei apponi per appositionem infinitum, sed tantum naturalis, & de obstinato similiter. Sed istud non videtur nisi fortassis loquendo æquiuocè, & nimis sophisticè de creatura rationali, supponendo videlicet Deum posse creare creaturam rationalem, quæ haberet libertatem contradictionis agendi cum sola cognitione sensitiua sine iudicio rationis. Non sic autem loquendo, sed vniuocè de creatura rationali eiusdem rationis, sicut est modo: Non videtur aliquem posse confirmari in bono moralis, aut supernaturali tantum per naturam; Magis enim videtur creaturam rationalem posse confirmari in bono moralis, quàm in bono non naturali, puta moralis, vel supernaturali, aut per solam suam naturam, quàm in bono non naturali, puta moralis, vel supernaturali: Sed hoc non potest sicut 2um. & 9um. primi ostendunt. Item si fortitudo, & potentia naturalis creaturæ rationalis naturaliter augeatur, sicut augetur potentia intellectus, ità, id est, proportionaliter potentia libera voluntatis; quantum ergo naturaliter potest vti potentia intellectus, tantum & potentia libera voluntatis; quare & ita C naturaliter potest vti potentia libera voluntatis, quantacunque ponatur, creata est potentia rationalis; inferior minus potens. Item talis potentia, quantacunque tura & in esse, quia de non esse in esse & è contra: sic est & mutabilis actionis, sicut est mutabilis in natura & in esse, quia de non esse in esse & è contra: sic est & mutabilis actionis, sicut est mutabilis in natura & in esse, quia de non esse in esse & è contra: sic est & de se mutabilis intellectus: Potest enim scire lis voluntatis, & valet ad opposita successiuè, sicut de Angelis proximo est ostensum. Item quæcunque creatura rationalis ponatur, ipsa est de se mutabilis intellectus: Potest enim scire aliquid postquam nesciuit, & è contra; potest & decepi, dum id quod credit esse verum, re tali clam mutata sit falsum; quare & est similiter mutabilis, decepibilis, & peccabilis voluntatis. Item si hæc creatura rationalis necessitate naturali antecedente ad alteram partem D vel hoc est necessitate naturali antecedente huius potentiæ rationalis, vel necessitate sequente huius actus; Non necessitate naturali antecedente huius potentiæ rationalis, vel necessitate sequentis, quia repugnat formaliter potentiæ rationali, quæ quantum est de sui natura, & quatenùs præcedit & non producere, nec prædeterminatur necessitate naturali antecedente ad illum producere naturaliter liberum actum suum, liberè secundum contradictionem potest illum producere tantum sicut potentiæ irrationales, sicut docet Philosophus 9. Metaph. 10. & primum ac secundum istius, quare & de continuatione perpetua similiter sentiendum. Nec habet incessabiliter istum actum ex necessitate sequente naturaliter istum actum; ita, videlicet, quod iste actus postquam est productus necessitat producentem, ad ipsum incessabiliter reuenendum; quia similitatione similis actus simili modo productus in quacunq; creatura rationali ipsam necessitaret similiter, vt ipsum incessabiliter reuoceret; est enim eadem proportio hic & ibi. Item sicut creatura rationalis debilis, quantum est de sui natura potest liberè confirmare, aut E difformare se suo debili iudicio rationis, & se mereri, atque peccare; sic & creatura rationalis potentior suo potentiori iudicio rationis, & se mereri, atque peccare; sic & creatura rationalis potentior suo potentiori iudicio propter proportionalitatem eorum. Item si aliqua creatura rationalis excellens naturali necessitate immutabiliter confirmetur in bono, vel in malo, & quælibet præsertim eiusdem naturæ & gradus in perfectione naturæ; est enim per se talis, per se autem importat necessariò vniuersalitatem temporis & suppositorum sicut patet ex 26. primi; quod quis nesciat esse falsum? cum vna talis possit esse beata, & alia misera; hoc enim nullam repugnantiam implicat sicut nullus ignorat. Item sub quantocunque gradu perfectionis naturæ, potest esse creatura rationalis immutabiliter confirmata in bono, vel in malo; potest esse & similis creatura rationalis mutabilis in statu merendi; hoc enim ...
...quam includit, imo & sub quantocunque gradu finitæ perfectionis ...

nem potentiæ malè volendi, & à bene volendo cessandi, & quod ipse actus beatificus con- A
firmari est vnus effectus liberi arbitrii positiuus; sed non ipsa confirmatio aliquidè ipsius.
Peccant quoque in forma, quia difficultatem non vitant. Si namque liberum arbitrium, quan-
tum est de se, posset, & prius potuit liberè secundum contradictionem continuare actum
suum & non, & nunc necessariò ipsum continuat, hoc est ex aliqua causa ipsum nouiter ne-
cessitante; aut ex aliquo impedimento ipsum nouiter prohibente, & *ll impossibilitante* cessare.
Liberum quoque arbitrium quantum est de se posset & prius potuit in actum contrarium a-
ctui misero obstinati, & nunc non potest, hoc ergo est ex aliqua causa, aut ex aliquo impedi-
mento ipsum nouiter prohibente & impossibilitante elicere talem actum: Quæ est igitur ista
causa, aut impedimentum huiusmodi? & reuertitur difficultas. Sunt & alij modi dicendi
minus probabiles, sed sufficit istos paucos probabiliores hac vice breuiter tetigisse. Salua
igitur Maiorum sententia, videtur quod obstinationis sit aliqua causa ponenda, causa vide-
licet priuatiua, & similiter positiua; Priuatiua; quantum ad illud quod ibi ponitur priuati- B
uum; scilicet non posse bene velle, & hanc puro priuationem gratiæ seu defectum secundum
præhabita 39. & 43. primi libri, nec hanc possunt mereri, per 35um. & sequentia dicti primi,
nec Deus vult illam talibus gratis dare; Imò, vt iuxta præmissa 13. primi ista causa priuatiua
reducatur ad causam positiuam priorem, ideo carent gratia & carebunt, quia in pœnam iu-
stissimam peccati sui prioris Deus vult eos carere æternaliter gratia, quam si non peccassent
æternaliter habuissent. Est & causa obstinationis similiter positiua, quantum ad illud quod
ibi ponitur positiuum, quod est continuatio actus æterna, & hæc est liberum arbitrium ob-
stinati, sicut Bernardus videtur sentire: Sed quia hæc sola non sufficit, sicut superius est osten-
sum, videtur iuxta proximo huius præmissa, quod Deum indignari & nolle hunc actum vn-
quam cessare, ac velle eum æternaliter continuari in pœnam æternam iustissimam præceden-
tis peccati, sit causa huius sufficiens & suprema. Vnde Propheta, Ira, inquit, in indignatio- C
ne eius, & vita in voluntate eius Psalmo 29. hæc autem ira seu vita ex indignatione seu vo-
luntate diuina non est transitoria: sed morosa, sicut mox subiungit, Ad vesperum demora-
bitur fletus, & ad matutinum lætitia, ad vesperum, inquam, & matutinum peccatoribus præsentis
vita seu lætitia tam morosa, nisi ex eadem indignatione seu voluntate diuina: vbi Glossa; Ad
vesperum demorabitur fletus, & quia vita est in voluntate eius, ideo ad matutinum
erit lætitia. Prosequere ordinem literæ & verborum expositionem sic; Ira processit ex eius
indignatione, & illa ira non est breuis, imò longa, quia fletus, id est omnimoda hominis mi-
seria, tam culpæ, quam pœnæ, demorabitur, quanquam vesperum & matutinum ibidem ab
alijs aliter exponatur: Quis enim, sciens fœcunditatem multiplicem sacræ Scripturæ, nesci- D
at quod multipliciter exponatur? Dicitque Augustinus 1. Confess. 12. Iussisti, inquit, Do-
mine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis mordinatus animus; qui & de fide ad Petrum 26. dicit,
quod voluntas eorum talis erat, vt habeat in se semper malignitatis suæ supplicium, sicut supe-
rius plenius allegatur. Quare & sicut recitat Petrus 4. sent. dist. vlt. licet Doctores in hoc dis-
cordent de ista voluntate obstinatorum, quod aliqui dicunt, quod non est peccatum, & alij
dicunt quod est peccatum, in hoc tamen omnes concordant: quod ipsa est supplicium mali
meriti præcedentis. Quod & satis potest haberi ex 39. primi, vbi monstratur quod nullum
malum est impunitum, & ex 34. primi, vbi docetur quod vnum peccatum est pœna alterius. Hæc
ergo obstinatorum voluntas, etiam etsi sit peccatum, secundum substantiam tamen actus, bo-
na est, teste 26. primi, & in quantum est pœna peccati prioris iusta est, sicut nullus ignorat, &
patet ex 34. primi huius: Ergo causa suprema est diuina voluntas, sicut nonum, & 21um. pri-
mi demonstrant. Hæc autem vult Deus in reprobis obstinatis propter eruditionem electo-
rum in via, & gloriam beatorum in patria, sicut patet 39. primi: Et si quis objiciat tunc Deum E
esse Autorem peccati, & velle peccatum, & quemlibet obstinatum velle, sicut Deus vult eum
velle, quare & iustè velle, & cætera talia, 26um. & 34um. primi cum suis similibus respondebunt.

Il impossibilitate

Responsio propria.

Psalmus.

Augustinus.

Petrus.

CAP.

A

CAP. XVII.

Quod nulla creatura rationalis potest confirmari vel obstinari immutabiliter per naturam.

B Stenso siquidem quod creatura rationalis quædam est immobi-
liter confirmata in bono; quædam verò immutabiliter obstina-
ta in malo, & hoc non solum per liberum arbitrium, propriam-
que naturam: Inquirendum vlterius, Nunquid hoc posit fie-
ri per naturam; Et quod sic, arguitur à quibusdam. In confirma-
tione Beati non apponitur naturæ adiutorium infinitum, sed tan-
tum finitum & tantum posset ei apponi per appositionem maioris, for-
tioris naturalis, & de obstinato similiter. Sed istud non videtur
nisi fortassis loquendo æquiuocè, & nimis sophisticè de creatura
rationali, supponendo videlicet Deum posse creare creaturam
rationalem, quæ haberet solum iudicium rationis sine libertate
agendi; vel è contra, quæ haberet libertatem contradictionis agendi cum sola cognitione sen-
sitiua sine iudicio rationis. Non sic autem loquendo, sed vniuocè de creatura rationali eiusdem
rationis, sicut est modo: Non videtur aliquem posse confirmari in bono morali, aut su-
pernaturali tantum per naturam; Magis enim videtur creaturam rationalem posse confir-
mari in bono naturæ per se tantum, aut per solam suam naturam, quàm in bono non na-
C turali, puta morali, vel supernaturali: Sed hoc non potest sicut 2um. & 9um. primi ostendunt.
Item si fortitudo, & potentia naturalis creaturæ rationalis naturaliter augeatur, sicut augetur
potentia intellectus, id est, proportionaliter potentia libera voluntatis; quantum ergo
naturaliter potest vti potentia intellectus, tantum & potentia libera voluntatis; quantum ergo
mutabiliter velle, sicut voluntas inferior minus potens. Item talis potentia, quantacunque
ponatur, creata est potentia rationalis, & quantum est de sui natura, sicut est mutabilis in na-
tura & in esse, quia de non esse in esse & è contra: sic est & mutabilis actionis, atque muta-
bilis voluntatis, & valet ad opposita successiuè; sicut de Angelis proximè est ostensum. Item
quæcunque creatura rationalis ponatur, ipsa est de se mutabilis intellectus: Potest enim scire
aliquid postquam nesciuit, & è contra; potest & decepi, dum id quod credit esse verum, re
tali clam mutata sit falsum; quare & est similiter mutabilis, decepribilis, & peccabilis volun-
tatis. Item si hæc creatura rationalis necessitate naturali incessabiliter habeat istum actum;
D vel hoc est necessitate naturali antecedente huius potentiæ rationalis, vel necessitate sequen-
te huius actus; Non necessitate naturali antecedente huius potentiæ rationalis, vel necessitate sequen-
te huius actus; Non necessitate naturali antecedente huius potentiæ rationalis; hoc enim
repugnat formaliter potentiæ rationali, quæ quantum est de sui natura, & quatenùs præcedit
naturaliter liberum actum suum, liberè secundum contradictionem potest illum producere
& non producere, nec prædeterminatur necessitate naturali antecedente ad alterum partem
tantum sicut potentiæ irrationales, sicut docet Philosophus 9. Metaph. 10. & primum ac se-
cundum istius, quare & de continuatione perpetua similiter sentiendum. Nec habet incessa-
biliter istum actum ex necessitate sequente naturaliter istum actum; ita, videlicet, quod iste
actus postquam est productus necessitat producentem, ad ipsum incessabiliter retinendum;
quia similitudine similis actus simili modo productus in quacunq; creatura rationali ipsam
necessitatet similiter, vt ipsum incessabiliter retineret; est enim eadem proportio hic & ibi.
Item sicut creatura rationalis debilis, quantum est de sui natura potest liberè confirmare, aut
E difformare se suo debili iudicio rationis, & sic mereri, atque peccare; sic, & creatura rationa-
lis potentior suo potentiori iudicio propter proportionalitatem eorum. Item si aliqua crea-
tura rationalis excellens naturali necessitate immutabiliter confirmetur in bono, vel in malo,
& quælibet præsertim eiusdem naturæ & gradus in perfectione naturæ; est enim per se talis,
per se autem importat necessariò vniuersalitatem temporis & suppositorum sicut patet ex
26. primi; quod quis nesciat esse falsum? cum vna talis possit esse beata, & alia misera;
hoc enim nullam repugnantiam implicat sicut nullus ignorat. Item sub quantocunque gra-
du perfectionis naturæ, potest esse creatura rationalis immutabiliter confirmata in bono vel
in malo; potest esse & similis creatura mutabilis in statu merendi; hoc enim nullâ contradicti-
onem includit, imo & sub quantocunque gradu finitæ perfectionis naturæ potest esse creatu-

ra ratio-

ra rationalis mutabilis & meribilis, seu habilis ad merendum: Alias etenim omnipotens ma- A
nus Dei mutilaretur turpissimè, & nimium impotens redderetur: Alias etiam esset certus
terminus perfectionis naturæ naturaliter limitatus & meribilis, quem creatura rationalis tran-
sire non posset, & vltra quem Deus omnipotens non posset creare huiusmodi creaturam,
quod nulli conuenit rationi; Cur enim ad hunc terminum & non vltra? Admittatur etiam in
positione possibili aliquam esse creaturam rationalem mutabilem, & meribilem supra A.
|| Inferatur. terminum illum datum; & nulla contradictio || *inferetur*; est ergo istud possibile absolutè se-
cundum præhabita primo primi, quod & posset ostendi alijs vijs multis. Capiatur ergo A.
creatura rationalis secundum falsigraphum immutabiliter confirmata in bono vel in malo,
& immutabilis, atque immeribilis per naturam, & sit B. alia huiusmodi creatura æqualis in
naturalibus, mutabilis & meribilis per præmissa: B. igitur de natura sua est mutabilis volun-
tatis, atque meribilis, & est per se, quia per naturam & essentiam suam talis; Per se autem in-
cludit vniuersalitatem suppositorum & temporis, sicut ostensum est 26. primi. Omne ergo B
tale suppositum, & semper, quantum est de se & de natura sua est mutabilis voluntatis atque
meribilis benè vel malè: Si vero sumetur immutabiliter & immeribiliter in bono vel in ma-
lo, hoc non est de se sufficienter, nec de sui natura, sed ex alia causa firmante, sicut 15. & 16.
huius docent.

COROLLARIVM.

Corollarium, quod nulla creatura rationalis est, aut esse potest immutabilis, immeribilis aut impeccabilis per naturam.

EX his autem reputo manifestum, nullam creaturam rationalem esse, aut esse posse immu-
tabilem, immeribilem, aut impeccabilem per naturam. Istud tam euidenter consequi-
Augustinus. tur, quod non indiget probamento. Dicitque Augustinus 3. contra Maximinum 13. Crea-
turarum natura cœlestium mori potuit, quia peccare potuit; nam & Angeli peccauerunt, & C
dæmones facti sunt, quorum est diabolus princeps; & qui non peccauerunt, peccare potu-
ruit; & cuicunque rationali creaturæ præstatur vt peccare non possit, hoc non est naturæ
Hieronymus. propriæ, sed Dei gratiæ: Ideoque solus Deus est, qui non gratia cuiusquam, sed natura sua
non potuit, nec potest, nec poterit peccare. Hieronimus etiam Epistola 13. ad Duma-
sum Papam de filio prodigo 16. scilicet penult. dicit, quod ex multis scripturæ testimonijs e-
docemur Dei solius perfectam esse iusticiam, & infra in Psalmis dicitur, Non iustificabitur in
conspectu tuo omnis viuens; non ait, non iustificabitur homo, sed omnis viuens, id est, non
Euangelista, non Apostolus, non Propheta; ad maiora conscendo, non Angelus, non Thro-
ni, non Dominationes, non Potestates, cæteræque virtutes: Solus Deus est, in quo peccatum
non cadit; cæteri cum sint liberi arbitrij, iuxta quod & homo ad imaginem & similitudi-
nem Dei factus est, in vtraque parte possunt flectere suam voluntatem, quod oportet intel-
ligi, quantum est de nuda eorum natura. Anselmus quoque 2. cur Deus homo. 10. postquam D
|| Vt homi- ostendit Christum || Deum & *hominem* non posse peccare, & tamen esse laudandum, de sua
nem. iusticia, ita quærit; Quærendum existimo cum Deus talem posset facere hominem, cur non
tales fecit Angelos, & duos primos homines, vt similiter & peccare non possent, & de iusti-
tia sua etiam laudandi essent? & respondendo subiungit; Quoniam non debuit, nec potuit fi-
eri, vt vnusquisque eorum esset idem ipse qui Deus, sicut de homine isto decimus. Quod au-
tem arguebatur superius de appositione adiutorij tantum finiti in confirmatione boni, vide-
tur loqui tantummodo de appositione adiutorij creati; sed nullum tale sufficit, sed necessa-
rio requiritur adiutorium per se firmum, quod ideo necessario est increatum & infinitum, sci-
licet Dei voluntas, Deus ipse, sicut 15. huius docet. Quantumcunque etiam naturaliter ad-
augetur fortitudo solummodo naturalis creaturæ rationalis, tantum & eius libertas contra-
dictionis, ac mutabilitas coaugetur, sicut superius est argutum, Tale ergo augmentum ne-
quaquam confirmat, aut immobilitat augmentatum. E

CAP.

A.

CAP. XVIII.

Contra quosdam dicentes actum Liberi Arbitrii nihil esse.

B Is igitur per Dei auxilium expeditis, iam restat de actu proprio li-
beri arbitrij, cum eiusdem adiutorio perscrutari. Sed quia sunt aliqui
de quibus non tacuit Esaias, palpantes sicut cæci parietem, & quasi
absque oculis attrectantes, impingentes in meridie quasi in tenebris,
& in caliginosis velut mortui dormientes, tam insensibiles atque exa-
nimes, vt actus proprios nequaquam percipiant, asserentes actum li-
beri arbitrij nihil esse, ideo immorabor paulisper, vt qui oculos ce-
corum illuminat, eis & mihi dignetur infundere veram lucem. Luce
siquidem clarius patet cunctis, quod si actus liberi arbitrij nihil sit, nec actus alicuius alterius
potentiæ siue formæ est aliquid: Nam liberum arbitrium est perfectissima potentia, seu for-
ma creata; quare & proprius actus eius non erit imperfectior actu proprio cuiuscunque alte-
rius; quare nec minus clare videtur, quod hæc cæca positio habet ponere consequenter om-
nem actionem & passionem, omne agere & pati, omnem motum & mutationem, omne
mouere seu moueri, mutare seu mutari vniuersaliter nihil esse, quod quantum aduersetur om-
nibus pene scientijs, scientes faciliter deprehendent; omnes scientias molitur extinguere,
quæ se non abstrahunt ab actione & motu, & hæ sunt omnes scientiæ, vix Arithmetica &
Geometria exceptis; quoniam Geometria Euclidis in libro vndecimo, & Iordanus de trian-
C gulis vtuntur in definitionibus & theorematibus suis motu; & Boetius secundo suæ Arith-
meticæ vltimo musicas consonantias omnes tractat, quæ nusquam possunt fieri sine mo-
tu. Quia igitur omnes scientias iniustè conatur destruere, iustè ab omnibus destruetur;
primo à scientijs quadriuialibus, Grammatica, scilicet, Dialectica, Rhetorica, & Musi-
ca, quæ de sono & voce considerant: Si enim tam sonus quam vox sit aliquid, sicut scientiæ
istæ docent, sonatio & vocatio est aliquid, sonare & vocare est aliquid, imo & percussio seu
percutere vnde generatur sonus, & vox est similiter aliquid: Nihil enim ex nihilo genera-
tur. Respondebit forsitan consequenter, negando sonum aut vocem esse aliquid: Sed istam *Responsio.*
responsionem prædictæ scientiæ conuincunt vt inscium & ignaram, docentes concorditer
sonum & vocem veram rem esse, quod & sensus auditus experientia certa docet. Sonus enim
est proprium eius obiectum, sed nihil nullius sensus est obiectum; Quomodo namque po-
test nil mouere medium & sensum? Quomodo potest nil in medio, & in sensu suam similitu-
D dinem, seu speciem generare? Quomodo purè nihil imprimeret speciem tam firmiter & tam
diu in memoria remanentem? Quomodo purè nihil tot proprietates mirabiles & tot differen-
tias in auditu, memoriaque causare? Si etiam sonus & vox sit nihil, quomodo secundum
prædictas scientias, & secundum scientiam naturalem causatur, generatur, atque formatur?
si insuper sonus sit nihil, quomodo sonus excellens sensum auditus debilitat, & corrumpit?
Nonne & secundum Auicennam 7. de Animalibus vt. tonitrus nocet piscibus, & secundum
eundem 8. de Animalibus 2. oues & capræ impregnatæ cùm audiunt tonitrua abortiunt? Ad-
huc autem si sonus sit nihil, quomodo consonantia & dissonantia musicalis delectat, aut con-
tristat auditum, & eorum hominem audientem, & etiam animalia carentia ratione? quomo-
do haberent modi Musici tam vehementem virtutem, tam multiplicem potestatem, & tam
mirabilem actionem? Quis enim non audiuit, || & legit, quanta miracula veteres per Musi- || aut
cam perfecerunt? Nonne Tullius in libro consiliorum suorum; & Boetius 1. Musicæ suæ in
E Prologo recitant, quomodo Pythagoras stellarum cursus, vt ei mos erat, nocturnus inspicie-
ns, vbi intellexit adolescentem Tauromilitanum ebrium & furentem iono modi Phrygij in-
citatum, vt domum scorti clausam vellet comburere, nec multis amicorum monitionibus à
facinore vellet desistere, mutari modum præcepit, & succinente Spondæo animum suum ad
statum mentis pacatissimè temperauit? Referunt quoque Tullius & Boetius vbi prius, quod
cum quidam adolescentes vinolenti tibiarum cantu instructi, mulieris pudicæ fores infringe-
rent, Pythagoras admonebat tibicinem vt modum verteret, caneretque Spondæum; quod
cum fecisset, tarditate modorum & grauitate canentis, illorum furentem petulantiam conse-
dauit; Quod & 5. contra Iulianum 9. commemorat Augustinus. Et subdit Boetius vbi prius;
Sed vt similia breuiter exempla conquiram, Terpander, atque Arion Methymnæus Les-
bios

bios atque lones grauissimis morbis cantus eripuere præsidio. Ismenias verò Thebanus Ba-
ororum pluribus, quos sciatici doloris tormenta vel [illegible] modis ferunt omnes abstersisse
molestias. Similiter Empedocles, cùm eius hospitem quidam gladio furibundus inuaderet,
quod eius ille patrem accusatione damnasset, in flexisse dicitur modum canendi, atque adolef-
centis iracundiam temperasse. Ilsis quoque similia testatur Aristoteles 8. Polit. vlt. & per to-
tum, & in de problemat. particula 19ª, quæ & Pythagoras, Socrates, Plato, & omnes antiqui
Philosophi similiter contestantur; imò & concorditer putauere harmonias & numeros musi-
cales animos humanos & corpora pariter possidere. Quapropter & Plato cauendum maximè
æstimat, ne de bene morata Musica aliquid permutetur: Negat enim esse vllam tantam mo-
dum audientium animos pati, paulatimq; discedere, nullumque honesti ac recti
quoq; enim idem audientium animos pati, paulatimq; discedere, nullumque honesti ac recti
recinere vestigium; sed vel per lasciuiores modos inuerecundum aliquid, vel per asperiores fe-
rox atque immane mentibus illabatur. Verùm quid opus in exteris diuagari? cum literæ no-
stræ sacræ perhibeant, quomodo Dauidica cithara temperauit malitiam maligni spiritus in
Saule, quomodo etiam Psalte canente, facta est manus Domini super Ehzæum in spiritu Pro-
phetiæ: Quare & Philosophus 8. Polit. vlt. agens generaliter de Musica, & specialiter de mo-
ralibus harmonijs, & sacris melodijs, & earum vtilitatibus, dicit quod vna earum est raptus.
An non & verba sacramentalia, & forsitan alia habent miram efficaciam & virtutem? Prop-
ter hæc igitur & similia, aliter forsitan respondebit dicendo, quod sonus generatur à percu-
tiente, quod est aliquid, non autem à percussione, quæ est aliquid; vel ergo ferrum percuti-
ens æs per se facit sonum, vel non per se; si per se, semper sic faceret; Per se namque præ-
supponit de omni, pro vniuersaliter suppositorum & temporis, sicut 2um. & 26um. primi plenius
ostendebant; ferrum ergo & æs contiguata in aëre sine aliqua percussione, aut motione qua-
cunque facerent semper sonum. Si autem ferrum per accidens causet sonum, aut motione qua-
necessariò requisitum ad sonum causandum non potest dici aliud, quàm percutere, siue per-
cussio: Ergo percussio est saltem concausans cum ferro & congregans ipsum sonum; est er-
go aliquid & non nihil. Dicetur fortassis quod ferrum per accidens causet sonum, id est, ac-
cidentaliter, non tamen per aliquod tale accidens realiter distinctum ab eo. Quare ergo nunc,
scilicet quando percutit, causat sonum & non prius, cùm omnia omni eodem modo realiter
se habeant nunc vt prius; Si dicatur, quia nunc percutit, & non prius; tunc hæc responsio si
nunc percutere est causa, & causa efficiens huius soni; ergo ferrum percutere est aliquid: Si
enim non esset aliquid, non causaret nec efficeret aliquid; quare & ferri percussio non est ni-
hil. Item si per quia respondeatur ibi causa, tunc ferrum percutere est aliqua causa soni: aut
ergo illa causa est ipsummet ferrum tantum, vel aliud; si ipsummet ferrum tantum, ergo ad-
huc ferrum percutere est aliquid etiam, cum ipsummet ferrum tantum, ergo ad-
cum qua nunc est, & æs, & aër disponebantur similiter, priùs causabatur sonus ab eo; seu ab
eis; falsum est etiam quod nunc est illa causa, & prius non fuit: Si autem illa causa sit aliud
realiter ab illo ferro, & non potest poni aliud quam percutere, vel ipsa percussio; ergo percu-
tere, vel percussio est causa realis efficiens ipsum sonum; est igitur aliquid & non nihil. Item
si ista ratiocinatio non valeret, nulla via rationis valeret ad ostendendum diuersitatem ager-
tium aut formarum: Nam ex diuersitate effectuum aut operationum non potest concludi
talis diuersitas; quoniam ab eodem ferro agente per omnem eandem formam, nunc, scilicet,
quando quiescit, producitur vnus effectus, & nunc, scilicet quando percutit, diuersus omnino;
quæ tamen via in Philosophia vbique sola ad illum terminum valida reputatur. Item qui ne-
gat percutere seu percussionem esse aliquid, negat eam posse sentiri; quare & habet consc-
quenter negare omnem castigationem percussoriam paruulorum, quæ per præceptores gram-
maticos fieri consueuit: Vtinam igitur efficiatur, vt paruulus, & toties & tam valde percutia-
tur ferula Prisciani, & virga Donati, donec experientiâ certâ discat percutere seu percussio-
nem se posse sentire, sicque percutere & percussionem esse aliquid fateatur. Item Logica
specialiter ipsum redarguit isto modo; Aliqua est propositio categorica in intellectu habens
copulam actualem, quæ est actualis compositio intellectus: Nam illa copula, aliud scilicet
quod correspondet in intellectu huic verbo, est, in voce nihil aliud dici potest quàm actus in-
tellectus, seu eius compositio actualis, quo vel qua copulat & componit extrema propositio-
nis adinuicem: Vnde Philosophus 1. peri hermenias 3. (Est,) inquit, consignificat quandam
compositionem, quam sine compositis non est intelligere. Et Auerroes super illud Philoso-
phi 5. Metaphys. 14. Amplius esse & est significant quia verum, sic dicit; Intendebat distin-
guere inter hoc nomen ens quod significat copulationem in intellectu, & quod significat est-

4. Reg. 3.
Philosophus.
Responsio 2.
Responsio.
Philosophus.
Auerroes.

sentiam

A sentiam quæ est extra intellectum; & sicut cõpositio, seu copulatio nihil sit, nihil iuuat ad com-
ponendum, ad sciendum, ad discurrendum, seu quidlibet aliud faciendum; imò & tunc nulla
est differentia inter talem propositionem & sua extrema; per nihil enim differrent. Et etiam
tunc actualis negatio in intellectu nihil est; Ergo negatiua & affirmatiua de eisdem terminis
in intellectu nullatenus differunt, quia per nihil; quare & contradictoria sunt simul vera; imò
quod magis est impossibile, eadem propositio numero sibi ipsi planissimè contradicit. Item
aliæ scientiæ triuiales, Arithmetica, & Geometria, & Astronomia affirmat motum esse, licet
formalis Arithmetica & Geometria hoc accidentaliter faciant; sed Astronomia essentaliter:
est enim de integritate illius. Philosophia etiam naturalis essentialiter maximè tractat de mo-
tu, præcipuè afferens ipsum nedum generaliter esse aliquid, sed specialiter, quod aliquid sit,
ostendens: Ostendit enim quod est actus entis in potentia, quod est actus diminutus, quod
est perfectio motoris & moti, & similia, vt patet 3. Physicæ diffusè, & alibi multis locis. Item
B motus est causa efficiens caloris, sicut scientia naturalis frequenter testatur, & sine ipsa quil-
bet experitur; Motus ergo est aliquid: Omnis enim causa efficiens alicuius effectus realis,
est aliquid verè reale. Respondebitur forsitan quod motus non propriè est causa effectiua ca-
loris, sed tantum impropriè, quia scilicet per ipsum partes calidæ congregantur adinuicem,
quæ congregatæ calefaciunt fortius quàm dispersæ. Sed proculdubio sic motus non magis
esset causa caloris quàm frigoris, vel cuiuslibet alterius qualitatis: Sicut enim congregat par-
tes calidas, ita & frigidas, humidas, atque siccas, albas & nigras, dulces & amaras, ac alias
qualescunque. Item si sic esset, corpora quæ sunt magis frigida quàm calida, habentque plu-
ries partes frigidas quàm calidas, mota velociter & fortiter adinuicem conficata deberent
amplius infrigidari; quia partes frigidæ amplius vniuntur, cùm tamen amplius calefiant, sicut
lapides, metalla, & ligna frigida manifestant: Lapides enim collisi generant clarum ignem,
& metalla mota velociter liquefiunt, dicente Philosopho 1. Metaphys. 2. Videmus itaque Philosophus.
C mõtum, quod potest disgregare aërem & ignire, vt lata etiam liquefacta videantur sepè: Lig-
num etiam durum & frigidum contra aliud fortiter agitatum procurat incendium, sicut no-
runt euntes ad nemora sine igne. Hæc etiam responsio peccat in alio, quia ponit motum cale-
facere per hoc quia congregat; Videtur enim potius disgregare, sicut experientia satis do-
cet. Dicitq; Philos. 1. Met. 2. Videmus itaq; motum quod potest disgregare ãrem & ignire; &
infra eodem, Violentia latus vicinus aër maximè fit calidus, & hoc rationabiliter accidit; maxi-
mè autem motus solidi disgregat ipsum: propter hanc igitur causam pertingit ad hunc locũ
caliditas. Item cùm motus disgreget partes moti, & per consequens partes eius calidas segreget
quodammodo & exhalet, si non haberet virtutem propriam calefactiuam, quanto mixtum di-
utius moueretur, tanto amplius infrigidaretur, quia tanto amplius recederent partes calidæ, &
remanerẽt frigidę puriores. Item si nulla alteratio est aliquid, quomodo per eam tot acciden-
tia & substantiæ generantur, & tot similiter corrumpuntur?
D eam viuificat, & mortificat? sanum efficit & infirmum? quomodo etiam Alchymia per ean-
dem tot miracula operatur? Sed hæc & huiusmodi alijs derelinquo, accedens ad illa quæ ma-
gis ad propositum pertinent, & de quibus nobis concedetur plenior certitudo, ad operationes
scilicet sensuum, animæque humanæ. Porrò quicquid verè sentitur, est aliquid; & sentire,
verè sentitur vt quilibet experitur. Philosophus quoque 2. de Anima, 134. ostendit quod co-
dem sensu exteriori sentimus obiectum extrinsecum, & sentimus nos illud sentire; & Auerro-
es similiter in Comment. Et secundum alios sensum exteriorem sentire, sentitur à sensu com-
muni, ita quod secundum omnes sensum exteriorem sentire, à sensu com-
go aliquid, & non nihil. Item imaginatio, cogitatio, concupiscere, irasci, gaudere, tristari, &
multa similia sentiuntur à sensu materiali; Sunt ergo aliquid & non nihil. Hæc etiam mul-
tipliciter & verè realiter alterant corpora & causant multos reales effectus, & nihil, nihil alte-
rat siue causat. Illud autem quod assumpsi omnes multipliciter experimur; dicitque Philo-
E sopus in de Causa motus Animalium, qui est duodecimus de historijs Animalium, in noua Philosophus.
translatione cap. penult. & vlt. quod ex sensatione, phantasia, meditatione, & intellectione, fi-
unt multæ alterationes & passiones in corpore secundum caliditatem & frigiditatem, vt in ru-
boribus, & pallor ibus, & timoribus; & verè omnia delectabilia & tristabilia cum caliditate &
frigiditate, vt in passionibus audaciæ, timoris & venereorum, & hæc quidem partem cor-
poris occupant, hæc autem vniuersaliter totum corpus; imò & quod magis videtur inter na-
turæ miracula, hæc habent similem virtutem agendi, sicut & res quarum sunt; Vnde capi-
tulo illo penultimo ita dicit; Alterant autem phantasiæ, & sensus & meditationes; sensus enim
statim sunt alterationes quædam existentes; Phantasia autem & intelligentia habent rerum
virtutem; Aliquo enim modo species intellecta calidi, aut frigidi, delectabilis aut tristabilis

Philosophus.
Auerroes.

Yy 2 tali

talis existit, qualis quidem & rerum vnaquæque, propter quod tremunt & timent intelligen-
tes solum; hæc autem omnia passiones & alterationes sunt; alteratis autē hæc quidem maio-
ra, hæc autē minora fiunt. Quod autē modica permutatio facta in principio multas & magnas
facit differentias deinceps, non immanifestum, velut gubernaculo secundum modicum aliquid
transposito, magna pæræ transpositio. Adhuc autem secundū caliditatem aut frigiditatē, aut
secundum aliquam aliam talem passionem, cum fiat alteratio circa cor, & in hoc secundum
magnitudinem in sensili parte multam facit corporis differentiam in ruboribus, & palori-
bus, & tremoribus, & timoribus, & horum contrarijs; principium quidem quemadmodum
dictum est, motus, quod in operabilibus, persequibile & fugibile; ex necessitate autem con-
sequitur meditationi & phantasiæ ipsorum, caliditas & frigiditas; tristabile enim, fugibile; de-
lectabile autem persequibile: sed latet circa modica accidens hoc. Sunt autem tristabilia &
delectabilia omnia serè cum frigiditate aliqua aut caliditate; hoc autem palam ex passioni-
bus: Audacia enim, & timores, & ad venerea motus, & alia corporalia tristabilia & delecta-
bilia, hæc quidem secundum partem cum caliditate & frigiditate sunt, hæc autem secundum
totum corpus; Memoriæ autem & species, quasi idolis vtentes his, aliquando minus, ali-
quando magis causę eorundem sunt. Et capit. vlt. ponens distinctionem trimembrem de
moribus Animalium, voluntarijs scilicet, & inuoluntarijs ac non voluntarijs; de inuoluntā-
rijs ita dicit; Mouentur autem & aliquibus inuoluntarijs quædam partium; dico autem in-
uoluntarios, vt puta cum qui cordis, & eum qui pudendi. Multoties enim apparente aliquo,
non tamen iubente intellectu mouentur. Idem 1. de Anima. 14. videntur, inquit, animæ
passiones omnes esse cum corpore, puta mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, ad-
huc gaudium, & amare & odire; Simul enim his patitur aliquid corpus. Super quod dicit ibi
Auerroes in comment. quod omnia accidentia animæ concupiscibilis fiunt cum alteratione
& transmutatione in corpore. Philosophus insuper 7. Eth. 3. ita dicit, Ira, & concupiscentia
venereorum & quedam talium manifestè & corpus transmutant, quibusdam autem & insa-
nias faciunt. Hoc & ostendit Auicenna 4. de Anima 4. diffusè; vbi inter cætera ita dicit;
Nos autem dicimus ad summam, quod ex anima solet contingere in materia corporali per-
mutatio cōplexionis, quæ acquiritur sine actione & passione corporalis; ita quòd calor accidat
non ex calido, & frigiditas non ex frigido. Cū enim imaginatur anima aliquā imaginationē,
& corroboratur in ea, statim materia corporalis recipit formā habentē operationē ad illā aut
qualitatem; & infra eodē, Attende dispositioni infirmi, cum credit se conualescere, aut sani,
cum credit se ægrotare; multoties enim contingit ex hoc, vt cum corroboratur forma in ani-
ma eius, patiatur ex ea ipsius materia, & proueniat ex hoc sanitas aut infirmitas; & est hæc
actio efficatior, quam id quod agit medicus instrumentis suis & medijs; & propter hoc po-
test homo ambulare super trabem quæ est in media via, sed si positus fuerit pons super aquam
profundam, non audebit ambulare super eum, eo quod imaginatur in anima eius formam
cadendi vehementer impressam, cui obedit natura eius, & virtus membrorum eius, & non
obediunt eius contrario, scilicet ad erigendum & ambulandum: Ergo cum esse formarum
impressum fuerit in anima, & constiterit animæ quod habent esse, contingit sæpe materiam
pati ex eis, & vt habeant esse. Idem 8. de Animalibus vlt. agens de moribus Annimalium,
scribit ita; De mirabilibus etiam est, quod gallina, quando vincit gallum, erigit se quasi es-
set gallus, & percutit suis alis in sua luxuria, quasi esset gallus, & eleuat suam caudam sicut
gallus, & aliquando ei nascitur cornu in crure quasi gallo; & in hoc potest percipi obedien-
tia naturæ cogitationibus animæ, quando propter suam cogitationem nascebatur cornu in
crure. Item Algazel. 5. Physicæ suæ 5. sic ait, Cum venit in animam forma horribilis, con-
uertitur complexio corporis, & prouenit inde humiditas sudoris; cum vero venit in animam
forma victoriæ, calescit complexio corporis & rubescit facies; cum autem venit in animam
forma desiderata, fit in commeatu spermatis calor vaporabilis mouens ventum, ita vt im-
pleantur venæ instrumenti coitus, & appetatur ad illud, hic autem calor, & humiditas, & fri-
giditas quæ fiunt in corpore ab his imaginationibus non sunt ex alio calore, vel ex alia frigi-
ditate vel humiditate, sed ex sola imaginatione; ergo sola imaginatio est causa fiendi istas
permutationes in ~~ro~~ corporis. Quis enim nesciat, quantum somnia, & imaginationes in
somnis alterant somniantes? Quis est enim qui non habeat experientiam certam huius, quod
& satis ostendit Auicenna 4. de anima 2. vbi inter cætera ita dicit; Mirum est, quod sicut ali-
quando accidit ‖ ex motu naturæ ad expellendum sperma, sic aliquando accidet imaginatio
aliquæ formæ desideratæ propter aliquam causam, & mouetur natura ad coniungendum sper-
ma, & aliquando emittit sperma, & aliquando contingit hoc in somnis aliquando in vigilia.
Hæc autem & multa similia omnes medici pariter contestantur: Dicunt enim quod imagi-
nans

Philosophus.
Auerroes.
Philosophus.
Auicenna.
Auicenna de Animalibus.
Algazel.
Auicenna.
‖ In.

Cap. 18.

A mans fortitur de lepra, & quibusdam infirmitatibus alijs, ex sola imaginatione incidit in eas
quandoque; præsertim si et ad infirmitates huiusmodi disponatur. Imaginatio quoque fir-
mata medium corpus imaginantis, verum etiam corpus alterius quandoque alterat manifestè:
vt autem de fascinatione & superstitiosis similibus taceam, de quibus tamen Auicenna, Alga-
zel, Plinius, Virgilius, alijque non tacent, sicut in ostensione 37. partis corollarij primi,
primi aliquantulum recitatur, vnum experimentum de sacris literis profero, nulli Theolo-
go diuium aut suspectum: Quis enim Theologorum ignorat, quomodo oues Laban vnico-
lores concipiendo virgas varias intuentes, fœtus conceptos coloribus varijs affecerunt, sicut
ex Gen. 30. omnibus est vulgatum. Nec potest quis fingere hoc tantum ex obiectis colori-
bus, & nihil ex imaginatione ouium contigisse, quia colores obiecti hoc non fecerunt im-
mediatè per seipsos, sed mediatè sensatione & speciebus colorum receptis in imaginatiua &
B alijs potentijs interioribus; sed illæ species receptæ solæ sine actuali & forti imaginatione de
prius visorum retentas, nec quicquam de eis imaginans quando concipèret, varium faceret
fœtum, cuius contrarium experientia certa docet. Vnde & Augustinus 11. de Trini-
tate 2. Aliorum, inquit, animalium, quia non est ad conuersationem facilis corpulentia fœ-
tus, pluriumque produnt libidines matrum ‖ quid cum magna delectatione conspexerint: ‖ Quæ.
quam enim teneriora, atque vt ita dixerim, formabiliora sunt primordia seminum, tam effica-
citer & capaciter sequuntur intentionem maternæ animæ, & quæ in ea facta est phantasia per
corpus quod cupidè aspexit. Sunt exempla quæ copiosè commemorari possunt, sed vnum
sufficit de fidelissimis libris; quod fecit Iacob vt oues & capræ varios coloribus parerent fœ-
tus, supponendo eis variata virgulta in canalibus aquarum, quæ potantes intuerentur eo
tempore quo conciperent. ‖ Item ad idem 5. contra Iulianum 19. sic ait; Rerum corpora-
lium qualitates in res incorporales transeunt, quando formas corporum, quas videmus, hau-
C rimus quodammodo & in memoria recondimus, & quocunque pergimus, nobiscum feri-
mus; quomodo autem de corpore ad spiritum, eo modo transeunt de spiritu ad corpus. Iam
colores virgarum, quas variauit Iacob, afficiendo sensus, transierunt in corporibus filiorum.
trum, atque inde rursus eadem affectione transeundo apparuerunt in animas pecorum ma-
Talcvero aliquid etiam in fœtibus humanis posse contingere Soranus medicinæ Autor no-
bilissimus scribit, & exemplo confirmat historiæ: Nam Dionysium tyrannum narrat, eo
quod ipse deformis esset, nec tales habere filios vellet, vxori suæ in concubitu formosam pro-
ponere solere imaginem seu picturam, cuius pulchritudinem concupiscendo quodammodo
raperet, & in prolem quam concipiebat afficiendo transmitteret. Multa quoque istis similia
& multi alij medici contestantur. Quis etiam studiosus vel medicatiuus ignoret, quantum, &
quam multipliciter vehemens studium, & intensa meditatio alteret corpus suum calefacien-
do, consumendo, sensuum officia suspendendo, somnum sæpius auferendo, quandoque vero
D somnum vel syncopen, seu extasim procurando, delectationem multiplicem ingerendo, &
multa similia faciendo? Vnde Ecclesiastici 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & vigi-
lia illius auferet somnum. Item Auerroes in com. super librum Aristotelis de somno & vi-
gilia ita dicit; Illi qui multum cogitant, intrant suæ virtutes sensibiles intra corpus, ira quod
accidit eis somnus magnus: Istæ enim virtutes interiores quando mouebantur forti motu,
contrahentur virtutes exteriores adeo, quod forte accidit syncope. Dicitque Auicenna 4.
de Anima 2. quod lassitudo aliquando contingit ex curis, aliquando ex pauore; ex pauore
etenim aliquando accidit somnus, & etiam mors: aliquando vero curæ faciunt somnum, non
eo modo; sed quia calefaciunt cerebrum, & humores attenuabuntur ad illud, & cum imple-
tur cerebrum, fit dormitatio propter humorem. Vnde & Psalmista, Dormitauit anima mea
præ tædio. Psalmo 118. Adhuc autem & Auicenna 7. de Animalibus vlt. refert de quodam
homine, qui tempore Auicennæ erat in terra Vassaciæ, quod potuit paraliticare corpus suum
E quando voluit, cuius filium & vidit, vt dicit, multa mirabilia facientem. Beatus quoque
Augustinus 14. de Ciuit. Dei 24. refert quod quidam presbiter nomine Restitutus in paro-
chia Calamensis Ecclesiæ quando ei placebat, rogatus ab eis qui scire rem mirabilem cupie-
bant, ita se auferebat à sensibus, & iacebat simillimus mortuo, vt non solum vellicantes ar-
que pungentes minimè sentiret, sed aliquando etiam igne vreretur admoto, sine vllo doloris
sensu, nisi postmodum ex vulnere, non obnitendo, sed non sentiendo: Non mouere corpus
eo probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus. Item omnis ap-
prehensio actualis conuenientis obiecti causat delectationem, & maior & conuenientioris
maiorem, sicut quilibet experitur, et omnes Philosophi contestantur. Vnde Philosophus
duodecimo Metaphysicorum 39. sic ait, vigilatio sensus intelligentia delectabilissimum,
‖ Species

Ecclesiastic.
Auerroes.
Auicenna.
Auicenna.
Augustinus.
Philosophus.

|| spes *Auerroes*

|| *species* verò & memoriæ propter hæc 1. super quod Auerroes sic ait, Signum quod comprehendo est causa voluntatis, quia vigilia & sensus & intellectus sunt in nobis voluptuosa; spes autem & rememoratio quamuis sint voluptuosæ, tamen sunt de rebus non existentibus in actu, & sunt voluptuosæ, quia sperans imaginatur ea esse comprehensa in actu, & similiter commemorans, & inuit quod comprehensio voluptuosa non est nisi illius quod est in actu, non in potentia: & infra eodem; Manifestum est, quod intelligere per intellectum qui est in nobis, valde est voluptuosum, & nobilius omnibus rebus existentibus in nobis; & adhuc inferius in eodem, Voluptas ita consequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus: Eadem quoque sententia habetur 10. Eth. à Philosopho, & ab omnibus eum exponentibus satis plane. Hoc idem testantur clarissimè verba || *Auchanoch* recitata 4. de Anima Auicennæ 4. Gaudium, inquit, est delicia; Omnis autem delicia est apprehensio perfectæ acquisitionis propriæ virtuti apprehendenti, sicut sentire dulce, & odorare bonum odorem sensui, || *parare* vindictam virtuti irascibili, & || *parare* spem virtuti cogitatiuæ & æstimatiuæ; Omnis autem perceptio est res naturalis, & omnis perceptio rei quæ est naturalis virtuti est delicia. Quas delicias expertus Propheta Sanctissimus, Dominosic dicebat, In via mandatorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs, Psalmo 118. & infra eodem, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: Sed hæc tam delicata dulcedo nobis miseris animalibus, hominibus illecebrosis illiquis saturatis non sapit; imò & meritò nec ostenditur talibus degustanda; Anima namque saturata calcabit fauum. Parab. 27. sed spiritualibus viris absconditur reseruata, quare & ille sanctus Dauid spiritu Dei plenus, Quam magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te? Perfecisti autem eis, qui sperant in te, Psalmo 30. Quin nihil melius quàm timor Dei, & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini: Ecclesiast. 33. Item si intelligere, cogitare, componere, diuidere, discurrere & cætera talia non sunt aliquid, nec faciunt aliquid, & cùm faciant scientiam, & alios habitus intellectuales; patenter consequitur quod nullus illorum est aliquid: Quare vt verbis Philosophi 3. de Anima 14. vtar, Accidit intellectui sic dicentis, quod sit sicut tabula in qua nihil est actu scriptum, quod licet ipse de suo intellectu concesserit, alij tamen Philosophi, Theologi, & vulgares de suis intellectibus non concedent; quod quia intelligentibus reputo manifestum, tantum vnam probationem breuissimam afferò ista vice. Est quidem articulus damnatus & excommunicatus per Dominum Stephanum Parisiensem Episcopum sub his verbis, Quod intellectiua scientia non differt à substantia intellectiuæ: || *Ibi enim non* est diuersitas intellecti ab intelligente, nec diuersitas intellectorum. Item si hominem intelligere, non est aliquid, nec hominem esse intelligentē est aliquid; ergo nec hominem esse calceatum, aut armatum est aliquid, quare & prædicamentum habitus deperibit. Et si hominem intelligere non est aliquid, nec hominem sedere aut stare est aliquid, quare & prædicamentum situs seu positionis etiam simul perit. Item Philosophus 5. Metaphys. 13. diuidit ens, in ens secundum accidens, & in ens secundum se; & 14. sic dicit; Secundum se verò esse dicuntur, quæcunque significant figuras prædicationis: Quoties enim esse dicitur, toties esse significabit. Quoniam ergo prædicatorum alia quid est significant, alia quale, alia facere, alia pati, &c. horum vnicuique idem esse significat: Nihil enim refert, homo conualescens est, vel homo conualescit; vel homo vadens est, aut stans; vel hominem vadere aut stare. Similiter autem & alijs. Idem 7. Metaphys. 3. Dubitat aliquis, vtrum vadere, & sanare, & sedere vnum quodque ipsorum sit ens aut non ens, similiter autem & in alijs; Nihil enim ipsorum est, nec secundum se aptum natum, nec separari possibile à substantia: vbi textus Auerrois sic habet; Quæret aliquis vtrum ambulatio, sanitas, & sessio significant ens aut non ens; & soluit Translatio noua dicens, Paiam igitur, quod propter eam, scilicet substantia & illorum singula sunt; vbi translatio Auerrois sic habet, Manifestum est igitur quod hæc est causa essentiæ cuiusli-bet istorum, & ista sunt propter illud, super quod dicit Auerroes, id est, manifestum est quod substantiæ sunt causæ essentiæ accidentium, & accidentia non sunt nisi propter substantias; & hoc est necessarium, quoniam cùm declaratum est, quod hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis, & dignius de substantijs; & declaratum est quod cùm plura communicant in eodem nomine, & quædam dignius quibusdam, illud quod est dignius isto nomine est causa cæterorum. Item si hominem intelligere, aut esse intelligentem non est aliquid, nec hominem esse est aliquid; quia nec esse est aliquid, quare nec esse est, cùm tamen per ipsum existat quæliber creatura, imo & esse non est, & est non ens & nihil, quod quanta absurditate dicitur, pene non est qui nescit. Item si hominem intelligere, esse intelligentem, aut esse non sit aliquid, eadem ratione nec Deum intelligere, esse intelligentem, & esse, nec intellectio diuina est aliquid, quod est contra Philosophum 12. Metaphys. 51. vbi inquirendo quid & qualiter Deus

|| Auchenoch

|| percipere

|| percipere

Parab. Dauid.

|| vbi non

Philosophus.

Auerroes.

Philosophus,

A Deus intelligit, ostendit quod non intelligit principaliter aliud à seipso, ita quod perficiatur ab illo, per demonstrationem ducentem ad hoc impossibile, quod ipse non sit hoc, quod sua intelligentia, & quod non sit optima substantia consequenter. Vnde sic ait, Si non intelligat, quid vtique erit insigne venerabile, sed habet quemadmodum vt sit dormiens; sic intelligat, huius verò ad aliud principale non est hoc quod est sua intelligentia, sed potentia, non vtique erit optima substantia; per intelligere enim honorabile est; & intelligit ibi per intelligentiam actum intelligendi; sic intellectionem actuam, seu ipsum intelligere, vt ipsemet statum exprimit subsequenter, per intelligere inquiens honorabile est, & vbi textus nouus habet; Non est hoc quod est sua intelligentia, textus antiquior, quem Auerroes commentator exponit, sic habet, hoc intelligere non est & substantia eius. Vnde & Augustinus de Verit. 8. Quippe secundum id quod agit, magis propriè videtur dici agentia, & percutientia; & secundum id quod patitur, actio & passio: Nam agentia, & percutientia ab agente & percutiente dicuntur, sicut prouidentia à prouidente, & continentia à continente; quæ, scilicet agens & percutiens, prouidens & continens actiua sunt; actio verò & passio ab actio & passo quæ passiua sunt, deriuantur. Philosophus verò vbi prius, prosequens quod incepit, sic arguit consequenter; Si non est intelligentia, sed potentia rationale, laboriosum esse ei continuationem intellectiuæ, et addit deinde palam, quia aliud aliquid erit dignius quàm intellectus, scilicet intellectum: Etenim intelligere, & intellectiua inerit indignissimum intelligenti; quare fugiendum hoc; etenim non videre quædam, dignius quàm videre; non, si sit optimum intelligentia; seipsum ergo intelligit siquid est potentissimum, & est intelligentia intelligentiæ intelligentia; vbi textus Auerrois sic habet, & ipse intelligit intelligere, super quod sic ait; & ipse intelligit intelligere, id est, & intelligit suam actionem, quæ est intelligere; sua enim substantia est sua actio. Item si Deum intelligere non est aliquid, nec Deum viuere, aut Deum esse viuentem est aliquid; imò nec vita Dei est aliquid; Nam vita est actio seu actus viuentis: Dicit enim Philosophus 9. Metaphys. 16. Quorum non est aliquid aliud opus præter actionem, in ipsis existit actio, vt visio in vidente, & speculatio in speculante, & vita in anima; quare & fœlicitas; Vita namque qualis quædam est. Idem 12. Metaphys. 39. Intellectus actus vita, vbi translatio Auerrois sic habet, Actio intellectus est vita; vbi & probat Philosophus, quod Deus est vita, sic dicens, & vita vtique existit, etenim intellectus actus vita, id autem ipse actus, actus autem quæ secundum se illius vita optima, & sempiterna; dicimus autem Deum esse animal sempiternum optimum, quare vita, & duratio continua & æterna existit Deo, hoc enim Deus: Super quod dicit Auerroes, Actio intellectus est vita, id est, & dicitur de eo vita (hoc enim nomen, scilicet vita dicitur de comprehensione) & cùm actio intellectus est comprehensio, ergo actio intellectus est vita, & cùm intellectus est viuus, & cùm actio eius est vita: Illud igitur quod intellectus est, quia intelligit aliud illud esse vnum, quod habet vitam in fine nobilitatis, & ideo vita & scientia propriè dicuntur de Deo. Et infra, Sic est intelligendum cum dicimus, ipsum esse viuum & habentem vitam, non quia || *significant* idem omnibus modis, sicut nomina synonyma, nec sicut significant nomina substantialia, nec sicut significant principale, & sumptum, quia sumptum significat illud quod significat principale & magis, vita enim significat aliquid non in subiecto; viuum autem significat aliquid in subiecto, scilicet formam in materia, & habitum in subiecto. Hæ igitur sunt omnes dispositiones significationum nominum in eis quæ sunt forma in materia, in eis autem quæ sunt forma non in materia, dispositio & dispositum reducuntur ad vnum in esse & duo in consideratione. Ista enim essentia cum fuerit accepta, secundum quod est posita, & fuerit disposita aliqua dispositione, tunc dispositio & dispositū vnum erit in prædicatione, & duo in intentione; quia prædicatū differt à subiecto, sed tamē non sicut prædicatū differt in propositionibus categoricis substantialibus: Dispositio enim non idem est & dispositum, sicut in rebus abstractis; quando autem fuerit considerata dispositio & dispositum in eis, quæ non sunt in materia, tunc reducuntur ad vnam intentionē omnibus modis, & nullus modus erit quo distinguatur prædicatum à subiecto & disposito extra intellectum, scilicet in esse rei: Multiplicitas igitur in Deo non est nisi in intellectu differentia, non in esse. Hanc quoque sententiam ostendit Anselmus Monolog. diffuse 16. & 17. Vnde & 16. ita dicit; Quoniam igitur summa natura non propriè dicitur quia habet iustitiam; sed existit iustitia; cum dicitur iusta propriè intelligitur existens iustitia, non autem habens iustitiam; quare sicut dicitur existens iustitia, non dicitur qualis est, sed quid est, consequitur, vt cùm dicitur iusta non dicatur qualis sit, sed quid sit. Deinde, quoniam de illa suprema essentia, idem est dicere quod est iusta, & quod est existens iustitia, & cùm dicitur existens iustitia; non est aliud quàm est iustitia, nihil differt in illa, siue dicatur, est iusta, siue est iustitia: Quod verò in exemplo iustitiæ ratum esse conspicitur, hoc de omnibus quæ similiter de ipsa summa

Auerroes.

Philosophus.

Auerroes.

Philosophus.

Philosophus.

Auerroes.

Philosophus.

Auerroes.

|| signant

Anselmus.

summa natura dicuntur, intellectus sentire per rationem constringitur: Quicquid ergo eorum de illa dicatur, non qualis vel quanta, sed magis quid sit monstratur: Sed palam est quia quodlibet bonum summa natura sit, summè illud est; illa est igitur summa essentia, summa vita, summa ratio, summa salus, summa iustitia, quod non est aliud quam summum ens, summè viuens, & alia similiter: Est ergo summè cognoscens, & summa cognitio, summè intelligens, & summa intellectio, summè agens, & summa actio, & similiter de similibus vniuersis. Cui satis concorditer dicit Augustinus 1. Confess. 6. hoc modo; Domine, tibi esse & viuere, non aliud atque aliud est, quia summè esse & summè viuere id ipsum es; & eadem sententia habetur ab eodem 7. de Trinitate 1. & per magnum processum sequentem; & 15. de Trinitat. 5. 13. & 14. & sæpissimè in multis libris & capitulis inuenitur, quod esse, viuere, scire, & sapere sunt idem in Deo, imò & vnus simplicissimus idem Deus. Et hoc est, quod fidelis Dei Ecclesia in die Sanctæ Trinitatis profitetur, cum in quadam antiphona Deo dicit; Te semper idem esse viuere & intelligere profitemur; & in legenda sic ait, Cui, scilicet Deo proprium est, cui sempiternum est, cui idem est, esse, viuere, & intelligere, & hæc tria vnus Deus; & vt in paucis multa concludam, hanc sententiam tenent omnes Philosophi & Doctores Catholici propter rationem Aristotelis 12. Metaphis. supra tactam: Omnes enim fatentur Deum esse substantiam optimam, & per consequens simplicissimam, nec aliquo alio indigentem. Quare nulla est in ipsa realis huiusmodi multitudo, sed omnia talia quæ sic multifariè tribuuntur, sunt realiter eadem ipsa vna. Quis etiam præsumet abnuere loquutionem Dei, qua semel loquutus est Deum &c. esse aliquid, qua etiam efficit vniuersa: Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, sicut nonum primi plenius pertractauit. Si quis autem sit talis, legat Monologium Anselmi, & libros Augustini de Trinitate, & aliorum Doctorum; Et nisi ipsos negare voluerit, istum errorem abnegare cogetur. Item habitus morales generantur ex actibus, vt patet 2. Eth. & 3. & nihil, nihil facit aut generat; actus ergo est aliquid, vel habitus virtuosus est nihil. Item actus est melior habitu, & potentia seu forma à qua procedit, & eius perfectio propria, sicut 22um & 26um primi plenius ostendebant. Item Augustinus 2. de libero arbitrio 31. & 1. retractationum 9. diuisis omnibus bonis in tria, in minima & media, & magna; dicit, quod bonus vsus liberi arbitrij in magnis reperitur bonis; & quia omnia bona magna, media, & minima sunt ex Deo, sequitur vt ex Deo sit etiam bonus vsus liberæ voluntatis. Quis etiam Christianus audebit negare incarnationem Christi, natiuitatē & vitam, baptismū, prædicationē, miraculorū operationē, eius omnimodam actionē esse aliquid? Quis insuper Christianus, & non magis prophanus initiari præsumpserit passionem Christi, orationem, & quodlibet eius meritum esse aliquid? Si enim nihil fuit, nihil valuit; quomodo ergo fuit redemptionis nostræ pretium copiosum? quia teste Psalmista, redemptio apud eum copiosa; quomodo etiam fuit illa redemptio copiosa, si illa redemptio nihil fuit? Secundum istam quoque sententiam, quin verius insaniam insensatam, baptizatio, consecratio Eucharistiæ, & vniuersaliter omnis sacramentalis operatio in Christi Ecclesia instituta nihil est, quare & profectò nullius est efficaciæ aut valoris. Formæ quoque propriæ habent operationes sibi realiter proprias, sicut tota Philosophia testatur; Dicitque Auerroes super 9. Metaphis. 7. contra quosdam, Cum omnia entia non habeant actiones proprias, non habebunt essentias proprias: Actiones enim non diuersantur, nisi per essentias diuersas; & ista opinio est valde extranea à natura hominis, & qui recipiunt huiusmodi non habent cerebrum habile naturaliter ad bonum. Item omnis actus secundum substantiam actus est bonus naturaliter, & a Deo, sicut docet 26. primi; ergo omnis actus habet bonitatem naturalem, ergo & entitatem naturalem, ergo est aliquid. Item omne meritum bonum positiuum est aliquid, & omne bonum meritum positiuum est actus voluntatis; quia vel est actus vel habitus, & non habitus, quia tunc infans dormiens, furiosus & mortuus habens habitum charitatis continuè mereretur, quod & satis patet per Autoritatem Augustini ad Sixtum presbiterum, quam allegat Lumbardus 2. sentent. dist. 27. Omne bonum, inquit, meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia. Dicitque ibi Lumbardus, sicut ex ‖ *fidei virtute* & hominis libero arbitrio generatur in mente bonus quidem motus, & remunerabilis, scilicet ipsum credere, ita ex charitate & libero arbitrio alius quidem motus prouenit valdè bonus, scilicet deligere; sic de cæteris virtutibus intelligendum est, & isti motus boni, vel affectus merita sunt, & dona Dei: Quare & bonus motus, seu actus est aliquid: Omnes enim Autores supponunt, quod omne bonum meritum positiuum est aliquid, & ostendunt peccatum nihil esse, sicut 26. primi plenius allegauit. Et si quodlibet tale meritū sit donum Dei, sicut dicit Lumbardus & præcedentia manifestant, & etiam factum in nobis a Deo; quoniam ipse est qui operatur in nobis velle & perficere, sicut dicit Apostolus ad Phil. 2: quodlibet tale meritum

Augustinus. Augustinus. Lumbardus. ‖ fide, virtute

ritum est opus Dei, & eius effectus, ergo & aliquid. Vnde & Augustin. 12. de Ciuit. Dei 8. & 9. probat quod bona voluntas habet causam efficientem, scilicet Deum, & quod mala voluntas non habet causam efficientem, sed deficientem, quia ipsa non est effectus sed defectus, quod intelligitur de deformitate malæ voluntatis, non de substantia actus, sicut docet vigesimum sextum primi; sicut & dicit quidem articulus condemnatus & excommunicatus per Stephanum Parisiensem Episcopum sub his verbis: Quod omnes motus voluntarij reducuntur in motorem primum, error est nisi intelligatur, in motorem primum simpliciter non causatum, & intelligendo de motu secundum substantiam, non secundum deformitatem. Actus ergo voluntatis secundum suam substantiam habet Deum causam efficientem, & est aliquid; secundum deformitatem suam, quæ nullam habet essentiam, sed tantum priuationem essentiæ, minimè. Vnde & cap. 8. ‖ *Augustinus* sic dicit; Nemo quærat causam efficientem malæ voluntatis: Non enim est efficiens, sed deficiens, quia nec illa affectio, sed defectio est. Scio naturam Dei ex nulla parte posse deficere, & ea posse deficere quæ ex nihilo facta sunt, quæ tamen quanto magis sunt, & bona faciunt, (tunc enim aliquid faciunt) causas habent efficientes; in quantum autem deficiunt, & ex hoc male faciunt, (quid enim tunc faciunt nisi vana) causas habent deficientes. Dicitque Anselmus de conceptu virginali 5. Ex his ergo facilè cognoscitur, quia iniustitia nullam habet essentiam, quamuis voluntatis affectus, & actus, qui per se considerati aliquid sunt, vsus iniustitiam vocet, illa autem essentia quamuis mala dicatur, est nihil. Idem de casu Diaboli 8. Nec voluntatem, inquit, nec conuersionem voluntatis puto negari posse aliquid esse; Nam etsi non sunt substantiæ, non tamen probari potest eas non esse essentias, quoniam multæ sunt essentiæ præter illam, quæ propriè dicitur substantia; & cap. 20. Nec negare possum verè aliquid esse quamlibet actionem & 26. Tristitia & dolor est aliquid; & 28. scilicet vlt. Velle secundum essentiam bonum est; sed quoniam iniustè factum est, malum est, & cùm sit à Deo à quo est omne quod est aliquid. Amplius autem, quis fidelis præsumet asserere fidem, scilicet actum fidei, puta credere nihil esse? Quid enim est fides, nisi sicut dicit August. 1. parte super Ioannem, sermone 40. credere quod non vides? Vnde & Autor fidei fidelis, Hoc est opus Dei vt credatis in eum, quem misit ille. Ioan. 6. & infra eisdem; Nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum à Patre meo; venire autem ad Christum, quid est nisi credere in Christum, & hoc datur à Patre. Credere ergo non est nihil sed aliquid, quia Dei donarium pretiosum. Quare & Augustinus 1. partis super Ioannem, sermone 27. verbum Christi præmissum exponens immediatè subiungit; Ergo & credere datur nobis; Non enim nihil est credere, si autem aliquid magnum est, gaude quod credidisti, sed noli extolli: Quid enim habes quod non accepisti? Quomodo etiam fides sic dicentis non sterilis, quin verius mortua reputanda, cùm nihil boni operis parturiat, aut producat; imò nec posit, cum omne partum sit aliquid & productum? Adhuc autem & hæc dicens, habet dicere consequenter, diligere, & amare, dilectionem, amorem, & amicitiam nihil esse: Sed quis amicitiam cum tali homine copulabit? Huius etiam perniciosum errorem experientia nostra certa, moralis scientia, omnis politia, omnis ciuilitas & omnis vrbanitas destruit & ‖ *refutat*. Quis etiam audebit concedere nihil esse dilectionem seu amorem Dei & proximi, quos Scriptura canonica, & canonizati Doctores tot & tantis laudibus prædicant & extollunt? Quis etiam tam insensibilis & tam rudis, vt non experiatur in alijs vel ipso tam multiplices amoris effectus? Quis enim ignorat illud experimentum etiam inter rudissimos laicos tam vulgatum, quomodo per variationem pulsuum varietas deprehendatur amorum, sicut & Democritus docuit Hippocratē. Vnde Boetius 1. Musicæ suæ in prologo scribit ita; Vt sese corporis, id est, hominis corporalis habet effectus, ita etiā pulsus cordis motib⁹ agitātur, quod Democritus Hippocrati medico tradidisse fertur, cùm eum medendi causa viseret: Huius quoque experientiæ veritatem & alij medici confitentur. Quis etiam nesciat, colorem virorum & fœminarum in amore & ira, lætitia, & tristitia, verecundia, audacia, & timore multipliciter variari, sicut frequens experientia, & Philosophi naturales, & Medici contestantur? Quis etiam ignoraret, quod amore mouetur animal processiuè quocunque mouetur? Nam sicut allegauit sextum huius secundi; Pes meus, amor meus, illo feror quocunque feror; & 3. Reg. 19. dicitur de Elia, quod surgens abijt, quocunque eum ferebat voluntas. Philosophus etiam 3. de Anima cap. de mouente, & 12. de Animalibus nouæ translationis 8. in de causa motus Animalium ostendit; quod voluntas, id est actualis Volutio mouet hominem, & appetitus, scilicet appetitio actualis mouet cætera Animalia processiuè; Omnis autem volutio & appetitio, quædam amatio est & amor. Item si nullus actus sit aliquid, cum beatitudo sit actus, ipsa non est aliquid; imò nihil. Quod autem beatitudo sit actus, patet per Philosophum 1. Eth. & 3. & 10. vbi demonstrat multis capitulis quod fælicitas est operatio, & actus

A

B

C

D

E

Augustinus. ‖ Alius ‖ resecat Anselmus. Boetius. Reg. Philosophus. Philosophus.

actus fælicis & 9. Metaphys. 16. dicit quod fælicitas est operatio in anima, quia est quædam vita, sicut erat superius allegatum. Quod & veritas ipsa concorditer attestatur, hæc est, inquiens, vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioh. 17. Vnde & Augustinus 2. de libero arbitrio 33. Vita beata est animi affectio inhærentis incommutabili bono. Omnes enim Philosophi, puta Aristoteles, Auerroes, Auicenna, Algazel, & cæteri præter Epicureos qui non sunt dicendi Philosophi; sed magis philouoli, amatores scilicet voluptatis, & omnes Theologi, nullo excepto, in hoc vno conueniunt, quod fælicitas & beatitudo finalis est Dei visio seu fruitio actualis, vel hanc & illam pariter comprehendens, sicut libri eorum copiosissimè & clarissimè contestantur; nec aliquis, sicut spero, in tantũ desipit, aut insanit, quod vitam æternam, fælicitatem & beatitudinem esse aliquid denegabit: Actus ergo voluntatis est aliquid, & non nihil. Ad hanc autem conclusionem satis plures & subtiliores rationes possent adduci sed quia nullus subtilis ipsam negat, aut dubitat, sed tantum pauci rudes & grossi, sufficiant eis hæ paucæ rudes, grossæ & palpabiles rationes.

Augustinus.

A

B

CAP. XIX.

Obijcit & respondet.

Obiectio. Augustinus

Sed obijcier forsitan aliquis contra ista: Dicit enim Augustinus de Perfectione humanæ iustitiæ 5. quod peccatum est actus, non res. Idem Hypognost. 19. dicit, Malum natura non est, sed actus verissimè accedens boni defectu; & in sententijs Prosperi, propositione 176. Nulla est substantia mali, quia quod Autorem Deum non habet, non est; itaque vitium corruptionis nihil est aliud, quam inordinatæ desiderium vel actio voluntatis. Idem quoque de vera religione 37. dicit, Quod agere & pati non est substantia. Ad primum dicendum, quod ad modum loquendi Augustini, res dupliciter sumitur; generaliter scilicet & specialiter; generaliter vt conuertitur cum isto vocabulo ens, vel aliquid in sua generalissima communitate, vt scilicet est commune ad omne ens verum seu fictum, imaginatum, seu qualitercunque intellectum, sicut loquitur Philos. 2. peri hermenias 5. & 6. Metaphys. & alibi multis locis; & Anselmus de casu diaboli 11. manifestè, & sic dicitur à reri, sicque est commune ad quodcunque existens vel non existens, de quo potest quis reri; quare & sic comprehendit puram priuationem, cuiusmodi est peccatum; specialiter autem dicitur à ratitate seu rato, & sic tantummodo comprehendit ratè existens, siue ratè existat per se, sicut substantia, siue per aliud, sicut accidentia per substantiam, & sic est commune ad decem prædicamenta tantummodo. Adhuc autem specialius dicitur res à rato permanenti, cuius esse non est in fluxu aut fieri; & adhuc specialissimè dicitur res à rato quod per se ratè existit, sicut sola substantia. Loquendo autem primo modo vel secundo, actus est res, loquendo verò tertio modo vel quarto, non; & hunc sensum verba Augustini testantur. Respondemus, inquit, peccatum quidem actum dici esse, non rem; sicut etiam in corpore claudicatio, eadem ratione actus est non res, quoniam res pes est ipse, vel corpus, vel homo, Ipsum sane vitium quo claudicat homo, nec pes est, nec corpus, nec homo. Quærat ergo quod eidem vitio nomen imponat, vtrum rem velit dicere, an actum, an rei potius qualitatem malam qua deformis actus existit; sic & in homine interiore animus res est, rapina actus est, auaritia vitium est, id est qualitas secundum quam malus est animus, etiam quando nihil agit: Ecce quomodo hic vult nihil nisi substantiam rei nomine appellari; imò & qualitatem contra rem distinguit, innuens, quod ipsa non debeat res vocari. Ecce & alium testem Thomam de malo, quæstione 19. qui eandem Autoritatem sibi obiectam eodem modo intelligit & exponit, vnde sic ait; Ad tertium dicendum, quod ens & res simpliciter dicitur de substantia, de accidentibus autem secundum quid: Et secundum hoc Augustinus dicit; Actus non est res. Aliter autem nec recedendo à mente Augustini potest dici, quod Augustinus hoc dicit non secundum veritatem, nec secundum sententiam propriam, sed secundum famosiorem quàm veriorem modum loquendi ipsius Cælestij, contra quem ibi disputat, & suorum similium, contra quos similiter disputat in libro de natura & gratia prænotato, quod satis ostendunt eius verba superius recitata; Respondemus, inquit, peccatum quidem

Responsio.

C

D

E

A quidè actum dicere esse, non rem non respondet quod peccatum est actus non res, nec quod ipse dicat sic esse, sed dici sic esse, secundũ scilicet famosum & communem modum loquendi quorundam; & addit; sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est non res: ipse tamen illam non approbat rationem. Et infra; Quærat ergo quod eidem vitio nomen imponat, vtrum rem velit dicere, an actum, an rei potius qualitatem. Ecce quod Augustinus vtitur nominibus secundum impositionem & modum loquendi Cælestij. Vnde & infra eodem cap. 25. recitato à Cælestio testimonio Scripturæ dicentis de Iob; Erat vir abstinens se ab omni re mala; quo volebat ostendere hominem posse hic viuere sine peccato, subiungit; Miror quod ausus est ponere hoc testimonium, vbi dictum est; Abstinens se ab omni re mala; cum hoc ab omni peccato vellet intelligi, cùm superius dixerit peccatum actum malum esse, non rem: Reminiscatur ergo, quia etiam si actus sit, res potest dici. Idem de Natura & Gratia 19. recitat ab vno Cælestiano, contra quem ibi disputat, isto modo; Ante omnia quærendum puto, inquit, scilicet Cælestianus, quid sit peccatum; substantia? an omnino substantia carens? nomen, quo non res, non existentia; non corpus aliquod, sed perperam factus actus exprimitur. Deinde adiungit, scilicet idem Cælestianus, Credo ita est; & cap. 20. Augustinus secundum sententiam propriam respondendo, dicit quod peccatum non est substantia, & tamen vitiat humanam naturam: Et capitulo 65. recitat Cælestianus à Ioanne Constantinopolitano Episcopo, peccatum non esse substantiam, sed actum malignum; & subdit Augustinus, Quis hoc negat? Augustinus ergo negans actum peccati esse rem, per rem intelligit rem per se ratam, scilicet substantiam, secundum famosum modum loquendi potius aliorum, quàm suum; Quare & de perfectione iustitiæ 25. reprobito illo modo loquendi secundum sententiam propriam, dicit actum esse rem, quod & dicunt multæ aliæ eius Autoritates capitulo proximo allegatæ. Autoritates etiam sacræ Scripturæ hoc idem copiosissimè attestantur. Vnde Gen. 34. quòd filij Iacob irati sunt valde, eò quod Sichem opprimendo Dinam sororem eorum rem fœdam operatus est in Israel, & violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset. Et 38. dicitur quod percussit Onan Dominus, qui semen fundebat in terram, eo quod rem detestabilem faceret; & 44. Pessimam rem fecistis, scilicet furando. Et Numer. 11. dicitur quod murmur populi & desiderium carnium Moysi intoleranda res visa est. Et Iudicum 19. Nunquam res talis facta est in Israel? Et Psalmo 100. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. Et 1. Reg. 2. Dicit Heli filijs suis; quare facitis res huiusmodi, quas ego audio res pessimas ab omni populo, scilicet rapinam, & fornicationem, seu adulterium. Et infra 24. dicit Sanctus Dauid; Propitius sit mihi Deus, ne faciam hanc rem Domino meo, Christo Domini, vt mittam manum meam in eum. Et 3. Reg. 20. Hanc autem rem facere non possum, scilicet dare quæ habuit. Et Parab. 12. Confusione res dignas gerit. Et Dan. 13. Non est inuenta in ea res turpis, scilicet adulterium. Et ad Hebr. 6. Vocat Apostolus promissionem seu pollicitationem Dei & eius iusiurandum duas res; per duas res, inquit, immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus: Sic patet ad obiecta quæ dicunt actum non esse rem. Ad alia verò quæ dicunt; Malum non esse naturam aut substantiam, sed actum vel actionem, dicendum quod malum dupliciter sumitur, sicut docet 26.[um] primi, scilicet pro ipsa malitia, quæ est pura priuatio, & pro subiecto illius priuationis; actus etiam malus similiter potest sumi dupliciter; vno modo pro ipsa substantia, siue essentia actus; alio modo figurariuè & tropicè pro malitia seu deformitate ipsius; sic enim loquitur articulus Parisiensis, & aliæ Autoritates capitulo proximo recitatæ. Quare dicit Aug. 12. de Ciuit. Dei 8. quod mala voluntas non est affectio, sed defectio. Et 2. de libero arbitrio vlt. dicit quod motus auersionis voluntatis, qui est peccatum, est defectiuus, & defectus, & ideo non est ex Deo. Et 1. contra Iulianum vltimo; Quid, inquit, est malitia, nisi boni indigentia? Non enim sunt mala, nisi quæ priuantur bonis, quia indigentia boni radix malitiæ est; & hinc intelligat ideo esse arborem malam, voluntatem malam, quia defectus est à summo bono. Et Bernardus de libero arbitrio 10. Velle, inquit, malum defectus est voluntatis. Augustinus etiam 6. contra Iulianum 19. exponens dictum quorundam Philosophorum, scilicet quod libido est quædam pars animi, ita dicit; Illi Philosophi loquutione tropica mihi videntur vitiosam partem animi appellasse libidinem, in qua parte est vitium, quæ vocatur libido, sicut appellatur Domus pro eis qui sunt in domo: & est iste tropus *quidem* color Rhetoricus, qui vltimo nouæ Rhetoricæ Tullij vocatur denominatio, & poniur ibi 33. inter colores, & est satis creber modus loquendi in sacra Scriptura: Vnde Apostolus ad Ephes. 5. Eratis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et Zach. 8. Sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda, & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio in gentibus domus Iuda & domus Israel. Et Deuter. 17. Non immolabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quo est macula, aut quicquam

Augustinus

Genesis.

Numa.

Iudicum.

Psalmus.

Reg.

Dominus

Parab.

Dan.

Apostolus.

Augustinus.

quidem

Apostolus.

Zach.

Deut.

Parab. quam vitij, quod abominatio est Domino Deo tuo & Parab. 3. Abominatio Domino omnis illusor. Et 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum. Et 15. Abominatio Domini cogitationes malæ. Et 16. Abominatio Domini est omnis arrogans. Et Esai. 1. Incensum abominatio est mihi. Et infra 41. ad propositum planè dicit, Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est, abominatio est qui elegit vos: & multa similia occurrunt sæpissimè in Scriptura. Malum ergo primo modo est actus secundo modo, & malum secundo modo est actus primo modo. Illud verò Augustini de vera religione, quod agere & pati non est substantia, verum est ad literam & ad mentem: Intelligit enim quod non est substantia propriè dicta, quia non per se subsistit, vel magis communiter, quod non est essentia permanens, sed consistens semper in fieri, aut in fluxu. Quapropter ex hoc probari non potest, quod agere, actus, sive actio nullam essentiam habeat & sit nihil.

Esaias.

CAP. XX.

Quod cuiuslibet actus voluntatis creatæ Deus est necessarius coeffector.

Hæ § Nephrotes & Pelagij

Is itaque præostensis, iam ordo debitus postulat consequenter ostendere quod cuiuslibet actus voluntatis creatæ Deus est necessarius coeffector, cuius oppositum, Nemphrotes & Pelagiana hæresis oblatrabat: Iosephus namque 1. Antiquitatis Iudaicæ 2. sic ait, Quia iuventutis multitudine feruebant, rursus eos Deus à semetipsis migrare fecit, quoniam non illius propitiatione putabant se habere bona, sed propria fortitudine causam sibi credebant esse diuitiarum: Vnde apposuerunt, vt voluntati Dei inobedientes existerent. Et infra 3. Fecit, inquit, eos esse elatos ad iniuriam Dei atque contemptum Nemphrot filius Cham filij Noe, qui cùm esset audacior, & manu fortissimus, suadebat eis vt non Deo ascriberent, quia hominibus per illum felicitas euenirent, sed quia hoc eis propria virtute præberetur, & cognatos generis sui ad causam tyrannidis adduxit, solus ipse præsumens homines à Dei timore reuocare, & spem suam in propria virtutis ponere: Multitudo autem prona erat vt Nemphrotæ præceptionibus obedirent, graue putantes seruitium obsequi Deo. Pelagius quoque 3. libro pro libero arbitrio tria distinguens in homine, videlicet posse, velle, & esse, id est, possibilitatem, voluntatem, & actionem, primum dixit hominem habere ex Deo & ex gratia Dei, reliqua verò duo à seipso solummodo sine Deo. Vnde & beatus Augustinus 1. contra Pelagium & Cælestinum de gratia Christi, & de peccato originali 2. cùm tria constituat atque distinguat, possibilitatem, voluntatem atque actionem; horum trium primum datum confitetur à Creatore naturæ, duo verò reliqua nostra esse asserit, atque ita nobis hæc tribuit, vt nobis non esse nisi à nobis contendat. Et infra 3. Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem diuino adiuuari auxilio credit, sed solam possibilitatem voluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex Deo; tanquam hoc sit infirmum, quod ipse Deus posuit in natura, cætera verò duo, quæ nostra esse voluit, ita sint firma & fortia, & sibi sufficientia, vt nullo indigeant [eius] auxilio, & ideo non adiuuet vt velimus, non adiuuet vt agamus; sed tantummodo adiuuet vt velle & agere valeamus: quod & alia opera eiusdem Sancti Patris indicant multis locis. Deo igitur qui operatur in nobis velle & perficere actus nostros in suo beneplacito dirigente, aggrediendum est intrepidè hunc errorem. Porrò secundum duo capita proxima, quilibet actus voluntatis est aliquid, & non in æternum; ergo factum; & hoc à voluntate creata, vt docet Corollarium tertij huius secundi, & non ab ipsa sola, quia per tertium primi efficientia Dei est ibi necessariò requisita; Ergo Deus est ibi necessarius coeffector, scilicet coeffector cum voluntate creatanecessariò requisitus. Omnes etiam rationes probantes conclusionem principalem illius capituli tertij, similiter & hanc probant, ex quibus tamen omnibus sufficit nunc hæc vna: Minus videtur seruare aliquam rem in esse, quam eam producere de non esse in esse, sed per secundum primi nulla creatura potest seruare aliquam rem in esse sine Deo etiam conseruante, quare nec producere aliquam rem in esse: & secundum duo capita proxima, actus voluntatis est aliqua res, non nihil. Item minus est perseuerare finaliter, vel ad tempus in bono actu voluntatis, seu in bono quocunque, quàm efficere aliud bonum: sed secundum 8um. 9um. & 10um. huius

Augustinus.

huius secundi, nullus sine auxilio Dei potest perseuerare in bono finaliter, vel ad tempus. Item omnis actus voluntatis est quidam motus: Ergo per quartum primi, Deus ibi necessariò commouet: quod & latis ostendunt rationes & Autoritates illius capituli, ex quibus ad præcisum [illegible] duæ: Minus est esse quam mouere, & per secundum primi, nulla creatura sufficit per se esse, quare nec mouere. Item si homo posset velle & mouere ex forma sua sufficienter sine Deo commouente, posset & quælibet res alia naturalis ex forma sua similiter, quare nulla esset via sumpta à motu ad probandum vnum primum motorem, quod est contra Philosophiam, & Theologiam similiter, sicut memoratum capitulum allegauit. Et hoc nedum est verum in naturalibus, sed & in voluntarijs; Vnde Philosophus in de bona fortuna 2. sicut vigesimum nonum primi plenius recitauit, probat, quod appetitus non est causa qua quis est bene fortunatus per hoc quod illius appetitus est aliqua causa, & illa causa vel est natura vel fortuna. Et reprobato primo, subdit pro reprobatione secundi, si fortuna sit, fortuna erit causa omnium, scilicet actuum humanorum; etenim eius quod est intelligere & consiliari: Non enim consiliabatur consilians & antequam consiliaretur, sed est principium quoddam; neque intellexit intelligens priusquam intelligeret, & hoc in infinitum; Non ergo eius quod est intelligere intellectus principium, nec consiliandi consilium; quid igitur aliud quàm fortuna? igitur à fortuna omnia sunt. Et respondet, Aut est aliquod principium cuius non est aliud extra, ipsum autem quia tale secundum esse, tale potest facere: Quod autem quæritur, hoc est, quid motus principium in anima? Palam, quemadmodum in toto, Deus: Mouet enim aliquo modo omnia quæ in nobis diuinum; rationis autem principium non ratio, sed aliquid melius: Quid igitur erit melius & scientia, & intellectu, nisi Deus? Virtus enim intellectus organum. Ecce quod Deus est virtus motiua quasi artifex, & ars ipsa, & intellectus est organum motum ab eo, quod & testantur multæ Autoritates Philosophicæ & Theologicæ allegatæ capitulo 4. primi. Imò & Deus ipse per Esaiam capit. 10. docet idem, vbi vocat Senacherib virgam furoris sui, baculum, securim & serram; vbi dicit glossa quod sicut hæc instrumenta inanimata nihil per se faciunt, sed per eum qui mouet ea; sic nec Senacherib per se, sed in Dei virtute operatus est: Quod & pulchrè multumque prosequitur Hieronymus libro 4. super Esaiam: sicut 32um. primi hæc omnia plenius recitauit. Dicitque Auicenna 10. Metaphysicæ suæ 1. sicut 29um. primi plenius allegauit; Voluntates nostræ sunt postquam non fuerunt; quicquid autem est postquam non fuit, causam habet; Ergo omnis nostra voluntas causam habet: Causa autem huius voluntatis non intendit ad infinitum, sed [illegible] sed terrenæ peruenient ad cælestia: Collectio ergo horum omnium prouenit necessariò ex necessitate diuinæ voluntatis. Istum quoque errorem Abraham Patriarcha clarissimus Philosophus & Propheta redarguit & refellit per similem rationem, sicut patet ex 2da. parte corollarij primi, primi. Quare & Sanctus Thomas de Christiana religione, siue de fide, spe, & charitate ad Raynaldum 129. sic dicit; Cùm omne mutabile & multiforme in aliquod principium immobile reducatur, sicut in causam; hominis autem intellectus & voluntas mutabilis & multiformis apparet, necesse est quod in aliquam superiorem causam immobilem & vniformem reducantur: & quia non reducuntur sicut in causam, in corpora cælestia, oportet eas reducere in causas alias ordinatas. Et cap. sequenti; Quia verò secundæ causæ non agunt nisi per virtutem primæ causæ, sicut instrumenta agunt per directionem artis, necesse est quod omnia alia agentia, per quæ Deus ordinem suæ gubernationis adimpiet, virtute ipsius Dei agant: Agere igitur cuiuslibet ipsorum à Deo causatur, sicut motus mobilis à motione mouentis; Mouens autem & motum oportet esse simul, oportet igitur quod Deus cuilibet agenti adsit interius, quasi in ipso agens, dum ipsum ad agendum mouet. Quod etiam in libello quæstionum suarum de potentia Dei, quæstione 3a. de naturalibus & voluntarijs pariter probat & tenet, sicut in ostensione corollarij secundi capituli primi libri plenius recitatur: Et similiter tertio contra Gentiles, & alibi locumulus. Item Iohannes Scotus super 1. sentent. dist. 2. Ostendens quod primum efficiens est intelligens & volens, arguit in hunc modum; Aliquid causatur contingenter, ergo prima causa contingenter causat, ergo volens causat. Probatio primæ consequentiæ, Quilibet causa secunda causat in quantum mouetur à prima; Ergo si prima necessariò mouet, quælibet alia necessariò mouetur, & vendibet necessariò causatur. Ergo si aliqua causa contingenter mouet, & prima contingenter mouebit, quia non causat causa secunda, nisi in virtute primæ causæ, in quantum mouetur ab ipsa. Probatio secundæ consequentiæ; Nullum est principium contingenter operandi nisi voluntas vel aliquod concomitans voluntatem, quia quodlibet aliud ex necessitate naturæ, & ita non contingenter. Et statim instat contra primam consequentiam isto modo; Nostrum velle potest aliquid contingenter causare, ergo

A B C D E

Philosophus. Esaias. Auicenna. Thomas. Scotus.

Parab. quam vitij, quod abominatio est Domino Deo tuo & Parab. 3. Abominatio Domino omnis illusor. Et 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum. Et 15. Abominatio Domini
Esaiæ. cogitationes malæ. Et 16. Abominatio Domini est omnis arrogans. Et Esai 1. Incensum abominatio est mihi. Et infra 41. ad propositum planè dicit; Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est, abominatio est qui elegit vos: & multa similia occurrunt sæpissimè in Scriptura. Malum ergo primo modo est actus secundo modo, & malum secundo modo est actus primo modo. Illud verò Augustini de vera religione, quod agere & pati non est substantia, verum est ad literam & ad mentem: Intelligit enim quod non est substantia propriè dicta, quia non per se subsistit, vel magis communiter, quod non est essentia permanens, sed consistens semper in fieri, aut in fluxu. Quapropter ex hoc probari non potest, quod agere, actus, sine actio nullam essentiam habeat & sit nihil.

CAP. XX.

Quod cuiuslibet actus voluntatis creatæ Deus est necessarius coeffector.

Hæ S. Scripturæ testimonia.

HIs itaque præostensis, iam ordo debitus postulat consequenter ostendere quod cuiuslibet actus voluntatis creatæ Deus est necessarius coeffector, cuius oppositum, Nemphrotea & Pelagiana hæresis oblatrabat: Iosephus namque 1. Antiquitatis Iudaicæ 2. sic ait, Quia iuuentutis multitudine feruebant, rursus eos Deus à semetipsis migrare fecit, quoniam non illius propitiatione putabant se habere bona, sed propria fortitudine causam sibi credebant esse diuitiarum: Vnde appositerant, vt voluntati Dei inobedientes existerent. Et infra 3. Fecit, inquit, eos esse elatos ad iniuriam Dei atque contemptum Nemphrot filius Cham filij Noe, qui cùm esset audacior, & manu fortissimus, suadebat eis vt non Deo ascriberent, quia hominibus per illum fælicitas euenirent, sed quia hoc eis propria virtute præberetur, & cognatos generis sui ad causam tyrannidis adduxit, solus ipse præsumens homines à Dei timore reuocare, & spem suam in propria virtute reponere: Multitudo autem prona erat vt Nemphrotæ præceptionibus obedirent, graue putantes seruitium obsequi Deo. Pelagius quoque 3. libro pro libero arbitrio tria distinguens in homine, videlicet posse, velle, & esse, id est potibilitatem, voluntatem, & actionem, primum dixit hominem habere ex Deo & ex gratia Dei, reliqua verò duo à seipso solummodo sine Deo. Vnde & beatus Augustinus 1 contra Pelagium & Cælestinum de gratia Christi, & de peccato originali
Augustinus. 2. cùm tria constituat atque distinguat, posibilitatem, voluntatem atque actionem; horum trium primum datum confitetur a Creatore naturæ, duo verò reliqua nostra esse asserit, atque ita nobis hæc tribuit, vt nobis non esse nisi à nobis contendat. Et infra 3. Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem diuino adiuuari auxilio credit, sed solam posibilitatem voluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex Deo; tanquam hoc sit infirmum, quod ipse Deus posuit in natura, cætera verò duo, quæ nostra esse voluit, ita sint firma & fortia, & sibi sufficientia, vt nullo indigeant [eius] auxilio, & ideo non adiuuet vt velimus, non adiuuet vt agamus; sed tantummodo adiuuet vt velle & agere valeamus: quod & alia opera eiusdem Sancti Patris indicant multis locis. Deo igitur qui operatur in nobis velle & perficere actus nostros in suo beneplacito dirigente, aggrediendum est intrepidè hunc errorem. Porrò secundum duo capita proxima, quilibet actus voluntatis est aliquid, & non in æternum; ergo factum; & hoc à voluntate creata, vt docet Corollarium tertij huius secundi, & non ab ipsa sola, quia per tertium primi efficientia Dei est ibi necessariò requisita; Ergo Deus est ibi necessarius coeffector, scilicet coeffector cum voluntate creata necessariò requisitus. Omnes etiam rationes probantes conclusionem principalem illius capituli tertij similiter & hanc probant, ex quibus tamen omnibus sufficiat nunc hæc vna: Minus videtur seruare aliquam rem in esse, quàm eam producere de non esse in esse; sed per secundum primi nulla creatura potest seruare aliquam rem in esse sine Deo etiam conseruante, quare nec producere aliquam rem in esse: & secundum duo capita proxima, actus voluntatis est aliqua res, non nihil. Item minus est perseuerare finaliter, vel ad tempus in bono actu voluntatis, seu in bono quocunque, quàm efficere illud bonum: sed secundum 8um. 9um. & 10um.

huius

A huius secundi, nullus sine auxilio Dei potest perseuerare in bono finaliter, vel ad tempus. Item omnis actus voluntatis est quidam motus: Ergo per quartum primi, Deus ibi necessariò commouet; Quod & satis ostendunt rationes & Autoritates illius capituli, ex quibus ad præsens sufficiant istæ duæ: Minus est esse quàm mouere, & per secundum primi, nulla creatura sufficit per se esse, quare nec mouere. Item si homo posset velle & mouere ex forma sua sufficienter sine Deo commouente, posset & quælibet res alia naturalis ex forma sua similiter; quare nulla esset via sumpta à motu ad probandum vnum primum motorem, quod est contra Philosophiam, & Theologiam similiter, sicut memoratum capitulum allegauit. Et hoc nedum est verum in naturalibus, sed & in voluntarijs; Vnde Philosophus in de bona fortuna 2. sicut vigesimum nonum primi plenius recitauit, probat, quod appetitus non est causa qua quis est bene fortunatus per hoc quod illius appetitus est aliqua causa, & illa causa vel est natura vel fortuna. Et reprobato primo, subdit pro reprobatione secundi, si fortuna sit, Philosophus.
B fortuna erit causa omnium, scilicet actuum humanorum; etenim eius quod est intelligere & consiliari: Non enim consiliabatur consilians & antequam consiliaretur, sed est principium quoddam; neque intellexit intelligens priusquam intelligeret, & hoc in infinitum; Non ergo eius quod est intelligere intellectus principium, nec consiliandi consilium; quid igitur aliud quàm fortuna? igitur à fortuna omnia sunt. Et respondet, Aut est aliquod principium cuius non est aliud extra, ipsum autem quia tale secundum esse, tale potest facere: Quod autem quæritur, hoc est, quid motus principium in anima? Palam, quemadmodum in toto, Deus: Mouet enim aliquo modo omnia quæ in nobis diuinum; rationis autem principium non ratio, sed aliquid melius: Quid igitur erit melius & scientia, & intellectu, nisi Deus? Virtus enim intellectus organum. Ecce quod Deus est virtus motiua quasi artifex; & ars ipsa, & intellectus est organum motum ab eo, quod & testantur multæ Autoritates Philosophicæ & Esaiæ.
Theologicæ allegatæ capitulo 4. primi. Imò & Deus ipse per Esaiam capit. 10. docet idem,
C vbi vocat Senacherib virgam furoris sui, baculum, securim & serram; vbi dicit glossa quod sicut hæc instrumenta inanimata nihil per se faciunt, sed per eum qui mouet ea; sic nec Senacherib per se, sed in Dei virtute operatus est: Quod & pulchrè multumque prosequitur Hieronymus libro 4. super Esaiam; sicut 32um. primi hæc omnia plenius recitauit. Dicitque Auicenna 10. Metaphysicæ suæ 1. sicut 29um. primi plenius allegauit; Voluntates nostræ sunt Auicenna.
postquam non fuerunt; quicquid autem est postquam non fuit, causam habet; Ergo omnis nostra voluntas causam habet: Causa autem huius voluntatis non intendit ad infinitum, sed ad aliqua quæ accidunt extrinsecus, terrena scilicet, vel cælestia; sed terrena perueniunt ad cælestia; Collectio ergo horum omnium prouenit necessariò ex necessitate diuinæ voluntatis. Istum quoque errorem & Abraham Patriarcha clarissimus Philosophus & Propheta redarguit & refellit per similem rationem, sicut apparet ex 35a. parte corollarij primi, primi. Quare & Sanctus Thomas de Christiana religione, siue de fide, spe, & charitate ad Raynaldum Thomas.
D 129. sic dicit; Cùm omne mutabile & multiforme in aliquod principium immobile reducatur, sicut in causam, hominis autem intellectus & voluntas mutabilis & multiformis apparet, necesse est quod in aliquam superiorem causam immobilem & vniformem reducantur: & quia non reducuntur, sicut in causam, in corpora cælestia, oportet eas reducere in causas alitores. Et cap. sequenti, Quia verò secundæ causæ non agunt nisi per virtutem primæ causæ, sicut instrumenta agunt per directionem artis, necesse est quod omnia alia agentia, per quæ Deus ordinem suæ gubernationis adimplet, virtute ipsius Dei agant: Agere igitur cuiuslibet ipsorum à Deo causatur, sicut motus mobilis à motione mouentis; Mouens autem & motum oportet esse simul; oportet igitur quod Deus cuilibet agenti adsit interius, quasi in ipso agens, dum ipsum ad agendum mouet. Quod etiam in libello quæstionum suarum de potentia Dei, quæstione 20a. de naturalibus & voluntarijs pariter probat & tenet, sicut in ostensione corollarij secundi capituli primi libri plenius recitatur: Et similiter tertio contra Gen-
E tiles, & alijs locis multis. Item Iohannes Scotus super 1. sentent. dist. 2a. Ostendens quod pri- Scotus.
mum efficiens est intelligens & volens, arguit in hunc modum; Aliquid causatur contingenter, ergo prima causa contingenter causat, ergo volens causat. Probatio primæ consequentiæ, Quælibet causa secunda causat in quantum mouetur à prima; Ergo si prima necessariò mouet, quælibet alia necessariò mouetur, & quidlibet necessariò causatur; Ergo si aliqua causa contingenter mouet, & prima contingenter mouebit, quia non causat causa secunda, nisi in virtute primæ causæ, in quantum mouetur ab ipsa. Probatio secundæ consequentiæ; Nullum est principium contingenter operandi nisi voluntas vel aliquod concomitans voluntatem, quia quodlibet aliud ex necessitate naturæ, & ita non contingenter. Et statim instat contra primam consequentiam isto modo; Nostrum velle potest aliquid contingenter causare;

Parab. quam vitij, quod abominatio est Domino Deo tuo & Parab. 3. Abominatio Domino omnis illusor. Et 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum. Et 15. Abominatio Domini cogitationes malæ. Et 16. Abominatio Domini est omnis arrogans. Et Esai 1. Incensum abominatio est mihi. Et infra 41. ad propositum planè dicit; Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est, abominatio est qui elegit vos: & multa similia occurrunt sæpissimè in Scriptura. Malum ergo primo modo est actus secundo modo, & malum secundo modo est actus primo modo. Illud verò Augustini de vera religione, quod agere & pati non est substantia, verum est ad literam & ad mentem: Intelligit enim quod non est substantia propriè dicta, quia non per se subsistit, vel magis communiter, quod non est essentia permanens, sed consistens semper in fieri, aut in fluxu. Quapropter ex hoc probari non potest, quod agere, actus, siue actio nullam essentiam habeat & sit nihil.

Esai. A

B

CAP. XX.

Quod cuiuslibet actus voluntatis creatæ Deus est necessarius coeffector.

Ilis itaque præostensis, iam ordo debitus postulat consequenter ostendere quod cuiuslibet actus voluntatis creatæ Deus est necessarius coeffector, cuius oppositum, Nemphrotea & Pelagiana hæresis oblatrabat: Iosephus namque 1. Antiquitatis Iudaicæ 2. sic ait, Quia iuuenturis multitudine feruebant, rursus eos Deus à semetipsis migrare fecit, quoniam non illius propitiatione putabant se habere bona, sed propria fortitudine causam sibi credebant esse diuitiarum: Vnde apposuerunt, vt voluntati Dei inobedientes existerent. Et infra 3. Fecit, inquit, eos esse elatos ad iniuriam Dei atque contemptum Nemphrot filius Cham filij Noe, qui cùm esset audacior, & manu fortissimus, suadebat eis vt non Deo ascriberent, quia hominibus per illum fælicitas euenirat, sed quia hoc eis propria virtute præberetur, & cognatos generis sui ad causam tyrannidis adduxit, solus ipse præsumens homines à Dei timore reuocare, & spem suam in propria virtute reponere: Multitudo autem prona erat vt Nemphrotæ præceptionibus obedirent, graue putantes seruitium obsequij Deo. Pelagius quoque 3. libro pro libero arbitrio tria distinguens in homine, videlicet posse, velle, & esse, id est, possibilitatem, voluntatem, & actionem, primum dixit hominem habere ex Deo & ex gratia Dei, reliqua verò duo à seipso solummodo sine Deo. Vnde & beatus Augustinus 1 contra Pelagium & Cælestinum de gratia Christi, & de peccato originali 2. cùm tria constituat atque distinguat, possibilitatem, voluntatem atque actionem; horum trium primum datum confitetur a Creatore naturæ, duo verò reliqua nostra esse asserit, atque ita nobis hæc tribuit, vt nobis non esse nisi à nobis contendat. Et infra 3. Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem diuino adiuuari auxilio credit, sed solam possibilitatem voluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex Deo; tanquam hoc sit infirmum, quod ipse Deus posuit in natura, cætera verò duo, quæ nostra esse voluit, ita sint firma & fortia, & sibi sufficientia, vt nullo indigeant [eius] auxilio. & ideo non adiuuet vt velimus, non adiuuet vt agamus; sed tantummodo adiuuet vt velle & agere valeamus: quod & alia opera eiusdem Sancti Patris indicant multis locis. Deo igitur qui operatur in nobis velle & perficere actus nostros in suo beneplacito dirigente, aggrediendum est intrepidè hunc errorem. Porrò secundum duo capita proxima, quilibet actus voluntatis est aliquid, & non in æternum; ergo factum; & hoc à voluntate creata, vt docet Corollarium tertij huius secundi. & non ab ipsa sola, quia per tertium primi efficientia Dei est ibi necessariò requisita; Ergo Deus est ibi necessarius coeffector, scilicet coeffector cum voluntate creata necessariò requisitus. Omnes etiam rationes probantes conclusionem principalem illius capitali tertij similiter & hanc probant, ex quibus tamen omnibus sufficiat nunc hæc vna: Minus videtur seruare aliquam rem in esse, quàm eam producere de non esse in esse; sed per secundum primi nulla creatura potest seruare aliquam rem in esse sine Deo etiam conseruante, quare nec producere aliquam rem in esse: & secundum duo capita proxima, actus voluntatis est aliqua res, non nihil. Item minus est perseuerare finaliter, vel ad tempus in bono actu voluntatis, seu in bono quocunque, quàm efficere illud bonum: sed secundum 8um. 9um. & 15um. huius

Ios. 5 Nephr. 1 Ant. 2 Aug. 1 contra Pelag. & Cæles. 2 C

Aug. 1 D

E

A huius secundi, nullus sine auxilio Dei potest perseuerare in bono finaliter, vel ad tempus. Item omnis actus voluntatis est quidam motus: Ergo per quartum primi, Deus ibi necessariò commouet; quod & satis ostendunt rationes & Autoritates illius capituli, ex quibus ad præsens sufficiant istæ duæ: Minus est esse quàm mouere, & per secundum primi, nulla creatura sufficit per se esse, quare nec mouere. Item si homo posset velle & mouere ex forma sua sufficienter sine Deo commouente, posset & quælibet res alia naturalis ex forma sua similiter; quare nulla esset via sumpta à motu ad probandum vnum primum motorem, quod est contra Philosophiam, & Theologiam similiter, sicut memoratum capitulum allegauit. Et hoc nedum est verum in naturalibus, sed & in voluntarijs; Vnde Philosophus in de bona fortuna 2. sicut vigesimum nonum primi plenius recitauit, probat, quod appetitus non est causa qua quis est bene fortunatus per hoc quod illius appetitus est aliqua causa, & illa causa vel est natura vel fortuna. Et reprobato primo, subdit pro reprobatione secundi, si fortuna sit, fortuna erit causa omnium, scilicet actuum humanorum; etenim eius quod est intelligere & consiliari: Non enim consiliabatur consilians & antequam consiliaretur, sed est principium quoddam; neque intellexit intelligens priusquam intelligeret, & hoc in infinitum; Non ergo eius quod est intelligere intellectus principium, nec consiliandi consilium; quid igitur aliud quàm fortuna? igitur à fortuna omnia sunt. Et respondet, Aut est aliquod principium cuius non est aliud extra, ipsum autem quia tale secundum esse, tale potest facere: Quod autem quæritur, hoc est, quid motus principium in anima? Palam, quemadmodum in toto, Deus: Mouet enim aliquo modo omnia quæ in nobis diuinum; rationis autem principium non ratio, sed aliquid melius: Quid igitur erit melius & scientia, & intellectu, nisi Deus? Virtus enim intellectus organum. Ecce quod Deus est virtus motiua quasi artifex; & ars ipsa, & intellectus est organum motum ab eo, quod & testantur multæ Autoritates Philosophicæ & Theologicæ allegatæ capitulo 4. primi. Imò & Deus ipse per Esaiam capit. 10. docet idem, vbi vocat Senacherib virgam furoris sui, baculum, securim & serram; vbi dicit glossa quod sicut hæc instrumenta inanimata nihil per se faciunt, sed per eum qui mouet ea; sic nec Senacherib per se, sed in Dei virtute operatus est: Quod & pulchrè multumque prosequitur Hieronymus libro 4. super Esaiam; sicut 32um. primi hæc omnia plenius recitauit. Dicitque Auicenna 10. Metaphysicæ suæ 1. sicut 29um. primi plenius allegauit; Voluntates nostræ sunt postquam non fuerunt; quicquid autem est postquam non fuit, causam habet; Ergo omnis nostra voluntas causam habet: Causa autem huius voluntatis non intendit ad infinitum, sed ad aliqua quæ accidunt extrinsecus, terrena scilicet, vel cælestia; sed terrena perueniunt ad cælestia; Collectio ergo horum omnium prouenit necessariò ex necessitate diuinæ voluntatis. Istum quoque errorem & Abraham Patriarcha clarissimus Philosophus & Propheta redarguit & refellit per similem rationem, sicut apparet ex 35a. parte corollarij primi, primi. Quare & Sanctus Thomas de Christiana religione, siue de fide, spe, & charitate ad Raynaldum 129. sic dicit; Cùm omne mutabile & multiforme in aliquod principium immobile reducatur, sicut in causam, hominis autem intellectus & voluntas mutabilis & multiformis apparet, necesse est quod in aliquam superiorem causam immobilem & vniformem reducantur: & quia non reducuntur, sicut in causam, in corpora cælestia, oportet eas reducere in causas aliores. Et cap. sequenti, Quia verò secundæ causæ non agunt nisi per virtutem primæ causæ, sicut instrumenta agunt per directionem artis, necesse est quod omnia alia agentia, per quæ Deus ordinem suæ gubernationis adimplet, virtute ipsius Dei agant: Agere igitur cuiuslibet ipsorum à Deo causatur, sicut motus mobilis à motione mouentis; Mouens autem & motum oportet esse simul; oportet igitur quod Deus cuilibet agenti assit interius, quasi in ipso agens, dum ipsum ad agendum mouet. Quod etiam in libello quæstionum suarum de potentia Dei, quæstione 20a. de naturalibus & voluntarijs pariter probat & tenet, sicut in ostensione corollarij secundi capituli primi libri plenius recitatur: Et similiter tertio contra Gentiles, & alijs locis multis. Item Iohannes Scotus super 1. sentent. dist. 22. Ostendens quod primum efficiens est intelligens & volens, arguit in hunc modum; Aliquid causatur contingenter, ergo prima causa contingenter causat, ergo volens causat. Probatio primæ consequentiæ, Quælibet causa secunda causat in quantum mouetur à prima; Ergo si prima necessariò mouet, quælibet alia necessario mouetur, & quidlibet necessariò causatur; Ergo si aliqua causa contingenter mouet, & prima contingenter mouebit; quia non causat causa secunda, nisi in virtute primæ causæ, in quantum mouetur ab ipsa. Probatio secundæ consequentiæ, Nullum est principium contingenter operandi nisi voluntas vel aliquod concomitans voluntatem, quia quodliber aliud ex necessitate naturæ, & ita non contingenter. Et statim instat contra primam consequentiam isto modo; Nostrum velle potest aliquid contingenter causare; ergo

Philosophus. Esaias. Auicenna. Thomas. Scotus.

B C D E

ergo non requiritur quod prima causa illud contingenter causet: & contra secundam conse- A
quentiam, scilicet, Causat contingenter, ergo volens; sic instat, Alia naturaliter mota possunt
impediri, & ita oppositum contingenter & violenter eueniet. Ad primam autem instantiam
sic respondet; Dicendum quod si Deus est primum mouens vel efficiens respectu voluntatis
nostræ, idem sequitur de ipsa, quod de alijs, quia siue immediatè necessariò mouet eam, siue
aliud immediatè, & illud necessariò mouetur ex hoc quod mouetur, sequitur tandem, quod
proximum voluntati necessariò moueat voluntatem, etiam si proximum sit ipsamet voluntas,
& ita necessariò volet, & sequitur vlterius impossibile, quod necessariò causat quodlibet suum
creatum. Ad secundam instantiam sic respondet; Dico quod si alia causa potest impedire
istam, non hoc potest nisi in virtute superioris causæ, & sic vsque ad primam causam, quæ si
immediatam causam sibi necessariò mouet, vsque ad illam erit necessitas: ergo necessariò im-
pedietur, & per consequens non potest alia causa naturaliter causare. Qui & infra super di-
stinct. 39. ista breuius recitat sub his verbis dist. 2ª. Probatum est Deum esse intelligentem B
& volentem per contingentiam rerum, quia nulla contingentia potest esse in causatione
alicuius causæ respectu sui effectus, nisi prima causa contingenter se habeat ad causam
proximam sibi vel ad suum effectum: quod probabatur breuiter ex hoc, quod causa mouens
in quantum mouetur, si necessariò mouetur, necessariò mouet: quælibet igitur causa secunda,
quæ producit in quantum mouetur à prima, necessariò mouet proximam sibi, vel producit ef-
fectum suum: Tota igitur ordinatio causarum vsque ad vltimum effectum necessariò produ-
cet; si habitudo primæ causæ ad sibi proximam causam sit necessaria: & hoc satis testatur illa
vulgata propositio prima de causis. Omnis causa primaria plus est influens supra causatum
suum, quàm causa vniuersalis secunda, cum suo commento: sicut secundum primi plenius
Stephanus. allegauit. Quare & Stephanus Episcopus Parisiensis iustè damnauit & excommunicauit duos
articulos contrarios veritati præmissæ: Quorum primus dicit, quod in causis efficientibus cau-
sa secunda habet actionem quam non accipit à prima causa: Secundus autem ponit, quod in C
causis efficientibus cessante prima, non cessat secunda ab operatione, dum tamen secunda o-
peretur secundũ naturã suam: Ter. verò art. non damnat simpliciter, sed exponit, quod om-
nes scilicet motus voluntarij reducuntur in Motorem 1ᵐ error est, inquit, nisi intelligatur in
Motorem primum simpliciter non causatum, & intelligendo de motu secundum substantiã,
non secundum deformitatem. Item per 22ᵘᵐ primi, Deus necessariò habet actum voluntatis
circa quemlibet actũ voluntatis creatæ, & non solutionẽ, quia tunc non fieret, vt 10ᵘᵐ primi
docet; ergo voluntatem; & per idem 10ᵘᵐ illa de necessitate est efficax; Ergo necesse est, quod
ipsa efficiat quemlibet actum talem; imò dato huius opposito, voluntas Dei non esset effi-
cax, nec Deus omnipotens. Posito namque quod Deus velit voluntatem creatam producere
suum actum, tunc si Deus nihil ibi agat, sed sola voluntas creata, ipsa potest libere ex se sola
non producere suum actum, & per consequens frustrari voluntatem diuinam, & eius omni-
potentiam similiter mutilare; quia si Deus vult aliquid fieri, & illud non fit, Deus non potest D
facere quod hoc fiat: Nam ex opposito conclusionis cum maiori sequitur oppositum mino-
ris, vt idem 10ᵘᵐ primi plenius deducebat. Et propter istas rationes tenet Iohannes Scotus i-
Scotus. stam conclusionem super 2. sent. dist. 37. quæstione secunda, quæ quærit Vtrum voluntas cre-
ata sit totalis causa & immediata respectu sui velle, ita quod Deus respectu illius non habeat
aliquam efficientiam immediatam, sed tantum mediatam; & recitata opinione ponente par-
tem affirmatiuam, sic ait, Contra istam opinionem arguitur dupliciter; Primò quia ex ipsa
sequitur quod Deus non sit naturaliter præscius futurorum; Secundò, quod non sit optimus.
Probatio primæ consequentiæ, Quia Deus non habet scientiam de futuris contingentibus;
nisi quia certitudinaliter nouit determinationem voluntatis suæ respectu eorum; quæ volun-
tas est immutabilis & impotentialis; sed si voluntas sit totalis causa respectu sui velle, quan-
tumcunque ponatur voluntas diuina determinata ad vnam partem eorum quæ dependent à
voluntate creata, poterit voluntas creata aliter velle, & ita non sequitur certitudo ex cogni- E
tione determinationis voluntatis diuinæ. Probatio secundæ consequentiæ; Quia quicquid
vult optimus, hoc fit: Sed si velit volutionem meam fore, & illa est in potestate voluntatis
meæ, vt totalis causæ contingenter se habentis ad illam, ipsa de se potest determinari ad vnam
partem vel ad aliam indifferenter; & ita potest non fieri illud ad quod voluntas diuina eam de-
terminat. Item si voluntas creata sola efficeret suum actum, non omnes actiones nec res hu-
manæ per diuinam prouidentiam regerentur, contra vigesimum septimum, tricesimum
tricesimum primum, & trigesimum secundum capitula primi libri: Si enim Deus tales actiones
prouideat, hoc est, voluntariè, & voluntas sua est efficax per decimum primi libri; Quare di-
uina voluntas efficit omnes huiusmodi actiones: Item aliter multa esse possent causata & for-
tuita

A tuita simpliciter, quia respectu causarum secundarum, & etiam primæ causæ vigesimum no- *Stephanus.*
num primi. Quare & Dominus Stephanus Parisiensis Episcopus iustè damnauit duos artic-
los erroneos; quorum primus dicebat, quod Humani actus non reguntur prouidentia diui-
na; Secundus verò ponebat quod aliqua possunt casualiter euenire respectu primæ causæ, &
quod falsum est omnia esse præordinata à prima causa, quia tunc euenirent ex necessitate. I-
tem si voluntas creata sola posset producere suum actum, posset & sola producere quandoq;
actum intensiorem, & quandoque remissiorem, quare & posset sola intendere suum actum,
& meritum suum bonum, contra quadragesimum sextum primi. Item si voluntas creata sola
posset producere suum actum, posset & intellectus creatus similiter, quare posset intelligere,
componere, & diuidere, discurrere, & multas ‖ *veritates* cognoscere sine adiutorio intellectus ‖ Virtutes
agentis, qui est Deus; quod est contra Philosophos, sicut sextum primi plenius allegauit.
Quomodo namque homo ignorans scientias habitu simul & actu, per studium suum ipsas ar-
B tificiosè quæreret, & similiter inueniret, nisi diriger etur ab aliquo sciente in actu, eumque do- *Auerroes.*
cente? Non enim potest hoc fieri à fortuna vel casu. Vnde & Auerroes super de somno &
vigilia assignans causam cognitionis acquisitæ in somno, sic ait; Manifestum est quod istam
cognitionem quæ acquiritur in somno, non antecedit modus agens, verum autem præcedit
eam modus præparans, habet dubitationem; & cum ista cognitio est acquisita post ignoran-
tiam, & postquam erat in potentia, & sine aliqua cognitione antecedenti, manifestum est, quod
eodem modo acquiritur, sicut primæ propositiones acquiruntur; & cùm ita sit, necesse est, vt a-
gens eas sit idem, & eiusdem generis; quia omne quod exit de potentia in actum habet agens
quod est de genere illius rei, ‖ *quod* exit de potentia in actum; Ergo necesse est vt faciens istam ‖ quæ
cognitionem sit intellectus in actu, & iste dat principia vniuersalia in rebus speculatiuis, cu-
ius esse declaratum est in libro de Anima. Item Deus agit vera somnia in intellectu hominis
dormientis, & veram prophetiam in intellectu hominis vigilantis, vt docuit sextum primi;
C Ergo Deus est intellectus agens cognitionem humanam, & non mediante corpore cælesti, vt
quidam fingunt, sed per se ipsũ, sicut multipliciter posit ostendi. Sed gratia breuitatis tantum
adduco Stephanum Episcopum Parisiensem, damnantem & excommunicantem quendam *Stephanus.*
articulum in hæc verba, quod Deus, vel intelligentia non infundit scientiam animæ humanæ
in somno, nisi mediante corpore cælesti: Item intellectus humanus de se est potentialis, & in
potentia ad intelligendum; Ergo ad hoc, quod exeat in actum intelligendi, requirit necessa-
riò aliquod actuale quod moueat ipsum de hac potentia in hunc actum: Hoc non potest esse
corpus, nec aliquid corporale, nec aliquid quod non est intellectus, nec intellectus non in actu,
sicut facile est ostendere singula: Hoc ergo intellectus in actu; hoc igitur est intellectus om-
nem intellectionem nostram agens. Et per hanc rationem ostendit Aristoteles hanc conclu-
sionem 3. de Anima 17. & post, & Auerroes super illum locum similiter, & super 12ᵐ. Me-
taph. 18. super de somno & vigilia: Et Auicenna 5. de Anima 5. & 6. & Algazel 5. Physicæ
D suæ 1. & 6. Et est similiter vnus articulus damnatus & excommunicatus à Stephano Parisien-
si Episcopo in hæc verba; Quod intellectus agens non copulatur nostro possibili; Isti tamen
videntur aliqualiter discrepare: Nam Aristoteles & Auerroes volunt hunc intellectum agen-
tem esse Deum, vt patet cap. 6º. primi; Auicenna verò & Algazel volunt eum esse intelligen-
tiam infimam, vt patet locis nunc allegatis; & etiam 9. Metaphysicæ Auicen. 3. & 5. Meta-
phys. Algazelis. Sed hoc est erroneum, si sic intelligatur, quod illa intelligentia sola sine Deo
est agens principaliter intellectionem humanam, quia illa cùm sit entitatis terminatæ & finitæ,
est necessariò similis actiuitatis; quare tot possent esse homines, quod illa non sufficeret age-
re intellectionem in omnibus illis simul, cùm tamen omnes intelligere simul possent. Item
cum mouens & motum debeant esse simul, vt docet Philosophus 7. Phys. & in quotlibet locis
quantumcunque distantibus possunt homines intelligere simul in actu, & nulla talis Intelli-
gentia potest de se simul esse in quotlibet locis quantumcunque distantibus, cum ipsa de se sit
E determinatæ entitatis; quare nulla talis intelligentia est intellectus agens. Ad idem posset ar-
gui per rationes sumptas à motu, & per multas alias Philosophicas & Theologicas rationes;
sed sufficiant istæ paucæ: Oportet igitur quod intellectus agens sit actiuitatis infinitæ, immen-
sus, illocalis, præsens vbique & immobilis omniquaque, & talis nulla finita intelligentia
potest esse, sed tantum Deus omnifariè infinitus. Nec potest quis dicere quod intellectus a-
gens est necessarius intellectui possibili, vt intentiones materiales à materia abstrahat, & denu-
det, easque quodammodo ei infundat, sed ipsis iam habitis non indiget eius auxilio, sed po-
test facere omnia per seipsum; quia rationes præmissæ concludunt, quod quando intellectus
possibilis est intelligens vel sciens in potentia, ad hoc quod exeat in actum requirit necessariò
aliquem motorem in actu: Quare & Philosophus 3. de Anima 18. sic ait; Est intellectus hic

quidem talis in omnia fieri, ille verò in omnia facere, sicut habitus quidam; sicut lumen: quodam enim modo & lumen facit potentiâ existentes colores actu colores; vbi translatio, quam Auerroes exponit, sic habet: Oportet vt in ea, scilicet Anima, sit intellectus, qui est intellectus secundum quod efficitur omne, & intellectus, qui est intellectus secundum quod intelligere omne; & intellectus secundum quod intelligit omne, est quasi lux &c: vbi Auerroes super hoc verbum, & Intellectus secundum quod intelligit omne, quasi aliquis habitus, intendit quod facit omnem rem intellectam in potentia, intellectam in actu, postquam erat in potentia quasi habitus in forma. Auicenna quoque 5. de Anima 5. dicit; Causa dandi formam intelligibilem non est nisi intelligentia in effectu, penes quam sunt principia formarum intelligibilium abstractarum, cuius comparatio ad nostras animas est, sicut cõparatio solis ad visus nostros, quia sicut Sol videtur per se in effectu, & videtur luce ipsius in effectu, quod non videbatur in effectu, sic est dispositio huius intelligentiæ quantũ ad animas nostras; & post multa dicta de ista materia 5. & 6. in fine sic ait, Possibile est ergo, vt aliquis hominis Anima eò quod est clara & cohærens principijs intelligibilibus, ita sit inspirata, vt accendatur ingenio ad recipiendũ omnes *quæstiones* ab intelligentia agente, aut subitò aut penè subito, & firmiter impressas non probabiliter, sed cum ordine qui comprehendit mediros terminos; & hic est vnus modus prophetiæ qui omnibus virtutibus altior est, vnde congruè virtus sancta vocatur, & est altior gradus inter virtutes humanas. Algazel etiam 5. Physicæ suæ, dicit quod Intelligentia agens est semper agens in animas nostras incessanter; & infundatur ei scientia: Nullus enim est speculator, qui non inveniat multa per se. Transit enim per mentem eius priùs conclusio, & deinde exercitatur ad cognoscendum medium terminum, quasi veniat in animam eius, & nescit vnde; vel priùs percipit medium terminum, & deinde præsentatur ei conclusio, & omne contingens eget causa, ex qua contingit; quare animæ eget intelligentia; hæc autem & consimilia non est impossibile sic peruenire vsque ad vltimum horum quæ intelliguntur & in longo tempore, vel in paruo: Ille autem cui reuelantur hæc omnia intellecta in tempore paruo sine doctrina, dicitur Sapientissimus vel Propheta; & hoc est magnificentia vel miraculum. Similem quoque sententiam à Platonicis, ab Aristotele & Auerroe recitauit capitulum sextum primi. Item secundum omnes istos Philosophos, & secundum ipsam veritatem, sicut lux corporalis visionem efficit corporalem, sic lux aliqua spiritualis spiritualem efficit visionem; hæc autem lux est intellectus agens vel aliqua virtus eius. Hæc autem Ethnicorum sententia Catholicorum Philosophiæ concordat: Nam Sapientiæ 7°. De ipsa Sapientia inserta scribitur isto modo; Omnibus mobilibus mobilior est Sapientia; attingit autem vbique propter suam munditiam: Vapor enim est virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera; Candor est enim lucis æternæ; & speculum sine macula Dei maiestatis, & cùm sit vna, omnia potest, & in se permanens omnia innouat; & per nationes in animas sanctas se transfert; Amicos Dei & Prophetas constituit, neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata, prior inuenitur. Et Ioh. 1. Deus lux est: Et Ioh. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et Parabolarum 2. Dominus dat sapientiam, & ex ore eius scientia & prudentia; & multa similia occurrunt sæpissimè in Scriptura. Itẽ si homo iam habitis intentionibus denudatis posset ex se facere cætera, posset ex se per proprium studiũ, vel per Doctorem alium sine Deo adinuenire plurimas veritates, cum tamen ille Auerroes super 1. de Cœlo, comment. 32. vbi ostenditur motum circularem non habere contrarium, ita dicat; Ego autem longo tempore feci motum, in quo non intellexi explanationem istius loci vltimam, sed Deus induxit me ad veritatem. Robertus quoq; Lincol. Episcopus super 1. Poster. 1. sic ait; Non solum illud voco doctrinam, quod ab ore Doctoris audimus, sed scripturã in loco Doctoris accipio: & si verius dicamus, nec qui exterius sonat, docet; nec litera Scripturę exterius visa docet; sed solum mouent hæc duo, & excitant: sed verus Doctor est, qui interius mentẽ illuminat & veritatem ostendit. Cui & clarè concordant testimonia multa præclara 38. primi præmissa. S. quoq; Tho. de Christ. religione, siue de fide, spe, & charitate 129. ostenso quomodo homo mouetur ad intelligẽdum ab homine, quia scilicet proponitur homini obiectum, & quia lumen naturale hominis per lumen Angeli confortatur, subiungit; Deus autem ad intelligendum hominẽ iuuat, non solum ex parte obiecti quod homini proponatur à Deo, aut per additionẽ luminis, sed etiam per hoc, quod ipsum lumen naturale

Auerroes.

Sapientia.

Parab.

Lincol.

Gregorius.

Ambrosius.

Johannes.

Reg.

A turale hominis, quo intellectualis est à Deo; & per hoc etiam quod cum ipse sit veritas omnia, à qua omnis alia veritas veritatem habet; sicut secundæ propositiones à primis inscientijs demonstratis, nihil intellectui certum fieri potest, nisi virtute diuina; sicut nec conclusiones sunt certæ in scientijs, nisi secundum virtutem primorum principiorum. Beatus etiam Augustinus in toto libro suo de Magistro, hanc vnam conclusionem principaliter & ex intentione ostendit, quod in omni doctrina Deũ tanquam summum Magistrum audiendam omnem docet: Vnde & 1. retract. 12. dicit ita; Scripsi librum, cuius est titulus de Magistro, in quo disputatur & quæritur, & inuenitur, Magistrum non esse qui docet hominem scientiam, nisi Deum; secundum illud quod in Euangelio scriptum est, Vnus est Magister vester, & supra eiusdem 4. dicit, propterea vera respondere de quibusdam disciplinis etiam imperitos earum quæ bene interrogantur, quia præsens est eis quando id capere possunt lumen rationis æternæ, vbi hæc immutabilia vera respiciunt. Etiam in sententijs Prosperi cap. 382. prænotato de cognoscendis creaturis quæ non videntur, Humana anima naturaliter diuinis, ex quibus pendet, connexa rationibus, cùm dicit melius hoc fieri quàm illud, si verũ dicit, & videt quod dicit præclara illis supernis rationibus videt: Non enim cogitatione cerneret faciendũ fuisse, nisi in his rationibus quibus facta sunt omnia: Et 2. de lib. arb. c. 14. & post multis cap. ostendit, vnã esse veritatem communem, qua omnia vera sunt vera, & qua omnia vera cognita cognoscuntur: Vnde 2. sic ait; Hanc igitur veritatem de qua iam diu loquimur, & in qua vna tam multã conspicimus, & excellorem putas esse quàm mens nostra est. Et cap. 32. Hæc enim veritas ostendit omnia bona quæ vera sunt, quæ ibi suo captu intelligentes homines, vel singula, vel plura eligunt quibus fruantur; sed quemadmodum illi qui in luce solis eligunt, quod libenter aspiciant, & eo aspectu lætificantur; in quibus si qui fortè fuerint vegetioribus sanisque & fortissimis oculis præditi, nihil libentiùs quàm ipsum solem intuentur, qui etiam cætera quibus infirmioribus oculis delectantur, illustrant; sic fortis acies mentis & vegeta, cùm multa & vera & incommutabilia certa ratione conspexerit, diriget in ipsum veritatem qua cuncta monstrantur, eiq; inhærens tanquam obliuiscitur cætera, & in illa omnibus simul fruitur. Idem 8. de Ciuit. Dei. 8. dicit quod Philosophi, quos cæteris non immeritò fama atque gloria prælatos videmus, lumen mentium esse dixerunt ad discendum omnia, eundem ipsum Deum à quo facta sunt omnia. Et cap. 9. Quicunque igitur Philosophi de Deo summo & vero ista senserunt, quod ab illo nobis sit & principium naturæ & veritas doctrinæ, & fælicitas vitæ, siue Platonici accommodatius nuncupentur, siue quodlibet aliud sectæ suæ nomen imponant, siue Ionici, siue Italici propter Pythagoram & Pythagoreos, siue Atlantici Libyes, Ægyptii, Indi, Persæ, Chaldæi, Scythæ, Galli, Hispani, alijue reperiantur qui hoc viderunt & docuerunt, eos omnes cæteris anteponimus, eosque nobis propinquiores fatemur. Et capit. 10. causa est cur istos cæteris præferamus, quia cùm alij Philosophi ingenia sua, studiaq; contrinerint in requirendis rerum causis, & quinam esset modus discendi, atque viuendi; Isti, Deo cognito, repererunt, vbi esset & causa cõstitutæ vniuersitatis & lux percipiendæ veritatis, & fons bibendæ fælicitatis: Siue ergo isti Platonici, siue quicunque alij quarumlibet gentium Philosophi de Deo ista sentiunt, nobiscum sentiunt. Idemque 5. Confess. 6. sic ait, Me iam decnerras Deus meus miris & occultis modis, & propterea credo quod tu me docueris, quoniam verum est, nec quisquam præterte alius Doctor est veri, vbicunq; & vndecunque claruerit. Item B. Greg. 7. Moral. 25. super illud Iob 37. Nonne vestimenta tua candida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? per vestimenta Auditores; per terram, cor seu mentem; per Austrum Spiritum Sanctum intelligens, ita dicit; Nequaquam sibi Doctores tribuant, quod per exhortationem suam ad summa proficere Auditores videntur quia nisi Spiritus Sanctus eorum corda repleat, ad aures eorum vox docentium incassum sonat: Formare enim vocem Magistri exterius possunt, sed hanc imprimere interius non possunt: Neque enim qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. B. quoq; Ambr. super illud 1. ad Cor. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto, sic ait; Quicquid enim falsum est, ab homine est, & quicquid verum à quocunque dicitur, à sancto dicitur Spiritu; Vnde & Ioan. 11. recitato dicto Caiphæ, scilicet, Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, subiungit; Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit. Dicitq; Origines, sicut allegatur in glossa, super illud Exod. Obsecro Domine, non sum eloquens; Et infra; Ego ero in ore tuo. Eorum qui verba Dei loquuntur, os Deus aperit; eorum qui loquuntur mendacium, falsum testimonium, scurrilitates, turpitudines, susurronum quoque & detractorum, & eorum qui otiosa loquuntur, Diabolus aperit os. Tertij quoque Reg. 3. Offerente Domino Salomoni, vt daret ei quodcunque voluerit

postulare, ipsoque sapientiam postulante, & Domino eam dante, exemplo magnifico satis ostenditur, quod omnis sapientia à Domino Deo est. Ecclesiasticus 1. quod & liberales, sapientiales & prophetales sapientiæ & claritates conferantur. Non solum autem Sapientia speculativa sive politica datur à Domino, sed & ‖ *Sapientia* manualis, quæ vis mechanica nuncupatur: vnde Exod. 31. loquutus est Dominus ad Mosen dicens: Ecce vocaui ex nomine Beseleel, & impleui eum spiritu Dei sapientia & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum fabrè quicquid fieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum, dedique ei socium Aholiab, & in corde eorum omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta quæ præcipi tibi; tabernaculum fœderis & arcam testimonii &c. Nec etiam sapientia solorum fidelium, sed & infidelium à Domino Deo datur. Vnde Apostolus ad Rom. 1. loquens ad literam de Philosophis gentium ita dicit; Quod notum est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis reuelauit; inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles; quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis; & ‖ *Obscuratum* est cor eorum insipiens; Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt: Ecce quod Deus suam illis notitiam reuelauit, pro qua & sibi gratias agere debuerunt, quod ita non debuerant facere, nisi ipsam accepissent ab eo, vt docet 31. primi. Dicentes quoque se esse sapientes stulti facti sunt. Sed quare cum verum dixerunt? quia dixerunt se esse sapientes, & hoc à se, non à illo fonte sapientiæ, à quo omnis sapientia veluti quoddam flumen liquidum deriuatur, qui & solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, Math. 5. Vnde Augustinus de Spiritu & Litera 7. Dicentes, inquit, se esse sapientes, quod non aliter intelligendum est, nisi hoc ipsum sibi tribuentes, stulti facti sunt. & ad hoc idem facit autoritas venerabilis Bedæ contra Iulianum 13. huius secundi superius recitata. Et Esai 10. à Domino dicitur, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius: Dixit enim, In fortitudine manus meæ, ego feci, & in sapientia mea intellexi. Quare & contra istud elationis venenum pestiferum parauit Dominus antidotum salutare: Non glorietur, inquit, sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus qui facio misericordiam, iudicium & iusticiam in terra, Ierem. 9. ac si diceret manifestè, quod nihil horum facit sibi homo ex seipso, sed hæc omnia omnibus secundum misericordiam & iudicium facit Deus. Et huic satis concordat autoritas venerabilis Bedæ contra Iulianum 13. superius memorata, aliaque eiusdem supra eodem 7. dicit Iulianum dixisse blasphemiam, eo quod dixit animum hominis per se posse fieri sapientem. Hoc autem totum autoritates vtriusque testamenti concorditer attestantur. Vnde Exod. 4. dixit Dominus ad Mosen; Quis fecit os hominis? Glossa, exterius vel interius; aut quis fabricauit mutum? Glossa, in re, vel in spiritu; & surdum, videntem & cæcum? nonne Ego? Perge igitur, & ego erit tecum in ore tuo, doceboque te quid loquaris. Et Math. 10. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: & Ioh. 16. Cum ergo venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, & 1. Ioh. 2. Vnctio docet vos de omnibus: & Psal. 17. Disciplina tua ipsa me docebit: & Psal. 70. Deus docuisti me à iuuentute mea: & 93. Qui docet hominem scientiam: Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua doceris eum. Et Esaiæ 48. Hæc dicit Dominus; Ego Deus tuus doceo te vtilia, & gubernans te in via qua ambulas, quod & glossæ autoritatum istarum, & ceteræ expositiones Catholicæ clarè docent, quas silendo pertranseo gratia breuiandi. Veruntamen ecce ad hæc testimonium Apostoli docti à Domino, doctorisque gentium satis clarum; Fiduciam, inquit, talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, E sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. ad Corinth. 3. Proculdubio ergo nec sufficientes sumus intelligere, componere, syllogizare, aut scientiam vllam acquirere à nobis quasi ex nobis, sed in omnibus istis & singulis sufficientia nostra ex Deo est, qui aperit aures surdorum, & oculos cæcorum illuminat, qui scientiarum Dominus est, qui & docet hominem scientiam, diuidens singulis prout vult. Si igitur secundum præmissa Deus est necessario requisitus tanquam coeffector cuiuslibet actus intellectus creati, ergo & cuiuslibet actus voluntatis creatæ, & cuiuslibet operationis illius per similem rationem: & per hanc rationem Augustinus, Gregorius, Prosper & Bernardus eandem conclusionem ostendunt. Beatus igitur Augustinus de prædestinatione sanctorum 2. sic ait; Quis non videat prius esse cogitare? Nullus quippè

Ecclesiasticus. *Ars.* *Exod.* *Apostolus.* ‖ Obstinatum. *Math.* *Augustinus.* *Beda.* *Esaias.* *Ieremias.* *Beda.* *Exodus.* *Math.* *Ioannes.* *Psalmus.* *Esaias.* *Apostolus.* *Augustinus.*

A quippè creditur aliquid nisi prius cogitaverit esse credendum. Si igitur non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobis metipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est, profectò non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobis metipsis, sed sufficientia nostra, qua credere incipiamus, ex Deo est. Quocirca nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcunque opus bonum; sed in omni opere bono & incipiendo, & perficiendo sufficientia nostra ex Deo est. Et idem argumentum facit Augustinus de bono Perseuerantiæ 18. & de gratia & libero arbitrio 17. & alijs locis multis. Beatus quoque Gregorius 33. Moral. 22. super illud Iob. 41. Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? sic ait: Si siquidem dona bonorum operum virtute nostra bene cogitando preuenimus, vbi est quod rursum per Paulum tam subtiliter dicitur; vbi omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cum ait, Non quia sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Sanctus etiam Prosper contra Cassianum 6. recitat quartam definitionem Cassiani ‖ *Dicentem*, vt autem euidentius clareat etiam per naturæ bonum quod beneficio creatoris indultum est, nonnunquam bonarum voluntatum prodit principia, quæ tamen nisi à Deo dirigantur, ad consummationem virtutum peruenire non possunt, Apostolus testis est dicens; Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, cui è contrario dicit Prosper, falso igitur secundum hanc definitionem ante dixisti, non solum actium, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis. Sed hoc nullo modo ex aliqua parte potest esse falsum, cui nequaquam inferri contraria debuerunt, vt quod rectè professus es ex gratia incipere, id postea confirmares per naturæ bonum, & per liberum arbitrium nos habere. Dixit quidem beatus Apostolus, Velle enim adiacet mihi, perficere bonum non inuenio; sed idem dixit, Non quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est; & idem dixit, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate; non ergo Apostolus sibi contrarius B est, sed cum donatum nobis fuerit velle, non statim inuenimus & facere, nisi petentibus, querentibus, atque pulsantibus nobis, vt qui dedit desiderium prestet effectum: Vox ista dicentis, Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, vocati est etiam sub gratia constituti; qui delectatur quidem lege Dei secundum interiorem hominem, sed videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in lege peccati: & quamuis acceperit scientiam rectè volendi, virtutem tamen in se non inuenit ea quæ optat operandi, donec pro bona voluntate quam sumsit, virtutum mereatur facultatem inuenire quam quærit. Et infra 25. vult idem. Beatus quoque Bernardus de Gratia, & libero arbitrio 22. sic dicit, Hinc coadiutores Dei, cooperatores Spiritus Sancti, & promeritores regni, nos esse præsumimus, quod per consensum voluntatium diuinæ voluntati coniungimur. Quid igitur? Hoc ergo totum liberi arbitrij opus, hoc totum eius est meritum quod consentit? Est prorsus, non quidem quod vel ipse consensus in quo omne meritum consistit, D ab ipso sit; cùm nec cogitare, quod minus est quàm consentire, à nobis quasi ex nobis sufficientes simus. Verba sunt non mea sed Apostoli, qui omne quod boni potest esse 1. cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate attribuit Deo, non suo arbitrio; Ergo Deus tria hæc, bonum cogitare, velle, & perficere operatur in nobis: primum sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit. Vnde & Esaiæ 40. Ecce, inquit, gentes quasi momentum stateræ reputatæ sunt ei: Super quod Glossa in comparatione eius, scilicet Dei, quod scilicet momentum ex nihilo in vtramlibet partem inclinatur. Et Parab. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini; quocunque voluerit inclinabit illud; omnis autem creatura rationalis Rex dicitur, quia ratione se regit: Non enim potest hoc tantum intelligi de corde magni Regis terreni, & non de corde parui subiecti, quoniam pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus, Sapientiæ 6. Quare & singuli Dominum humiliter deprecamur, cum Psalmista dicentes, Inclina cor meum Domine, in testimonia tua, E & non in auaritiam; Psalmo 118. super quod dicit Augustinus, Quid est inclinatum ad aliquid cor habere, nisi hoc velle? Quare & immediatè ante super illum versum priorem; Deduc me in semita mandatorum tuorum, sic ait, Diuinum auxilium; quo deducatur, inquit, quia neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Denique quia & ipsum velle Deus operatur in omnibus, præparatur enim voluntas à Domino. Ad hoc etiam facit illud Sapientiæ 11. Omnia in mensura, & numero & pondere disposuisti; cum ‖ *expositione* Augustini 4. super Genesin ad literam 5. capitulo 9. & 46. primi plenius recitata; Est, inquit, pondus voluntatis & amoris, sed hoc pondus alio pondere rapitur; pondus sine pondere est, quo referuntur omnia vt quiescant. Item si homo posset velle ex se solo, posset similiter ex se solo resistere tentamento, contra 4. 5. & 6. huius secundi; Item si homo posset velle ex se

Parabolæ. *Sapientia.* *Psalmus.* *Sapientia.* ‖ explicatione.

se solo, posset sic male velle, & cultu potentia rationalis posit in obiecta, posset ex se solo si- A
militer bene velle, & sic sine Deo in illis solius liberi arbitrij viribus posset mereri, quod est
error Pelagij, sicut ex [illegible] quoque [illegible] quam præpa-
rare, & aperire Deo, hominis pulsanti, contra 37.um, 2.Cor.3. & 8.um capitula primi libri. Et si-
cet quisiam sit in gratia constitutus, adhuc per dominum huius secundi sine Dei auxilio non
potest resistere tentamento, quare nec mereri. Nullus etiam, quantumlibet gratiosus, mere-
tur, nisi gratia cooperante, sicut 40.um primi docet, nec gratia operatur, nisi à Sancto Spi-
ritu, per 42.um eiusdem. Omnia quoque fidelium merita donantur à Deo, sicut Spi-
ritu dirigatur

Augustinus. iuſtitiis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Idem infra eodem 43. Scriptura diuina ſi diligenter inſpiciatur, oſtendit non ſolas illas bonas hominum voluntates, quas ipſe facit ex malis, & à ſe factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit viam; verumetiam illas, quæ conſeruant ſæculi creaturas, ita eſſe in Dei poteſtate, vt eas quò voluerit, quando voluerit, faciat inclinari, vel ad beneficia quibuſdam præſtanda, vel ad pœnas quibuſdam ingerendas, ſicut ipſe iudicat occultiſſimo quidem iudicio, ſed ſine dubitatione iuſtiſſimo. Nam inuenimus aliqua peccata etiam pœnas eſſe aliorum peccatorum, ſicut ſunt vaſa iræ quæ perfecta dicit Apoſtolus in perditionem, ſicut eſt induratio Pharaonis, cuius & cauſa dicitur, ad oſtendendam in illo virtutem Dei, ſicut eſt fuga Iſraelitarum à facie hoſtium de ciuitate Hay. In animo enim factus eſt timor, vt fugerent, & hoc factum eſt, vt vindicaretur peccatum eo modo quo fuerat vindicandum. Vnde dicit Dominus ad Ieſum naue; Non poterunt filij Iſrael ſubſiſtere à facie inimicorum ſuorum. Quid eſt, non poterunt ſubſiſtere? quare non ſubſiſtebant per liberum arbitrium, ſed per timorem turbati voluntate fugiebant, niſi quia Dominus dominatur & voluntatibus hominum, & quos in formidinem

Augustinus. conuertit iratus? Et idem oſtendit per illud Ioſue 11. quod ſuperius allegaui. Idem cap. 44. Nunquid non ſua voluntate homo improbus filius Iemini, ſcilicet Semei, de quo 2. Reg. 16. maledicebat Regi Dauidi? & tamen quid ait Dauid plenus vera, alta, & pia ſcientia? quid ait illi qui maledicentem petere voluit? Quid mihi, inquit, & vobis filij Zaruiæ? Dimitte eum vt maledicat, quia Dominus dixit illi maledicere Dauidi; ſinite illum vt maledicat, quoniam dixit illi Deus, vt videat Deus humilitatem meam, & retribuat mihi bona pro maledictione eius in die iſto. Quomodo dixit Dominus huic homini maledicere Dauidi? Quis

*Enim. *ſapiens, & intelligit: Non enim iubendo dixit, vbi obedientia laudaretur, ſed quod Deus eius voluntatem propriam vitio ſuo malam in hoc peccatum iudicio ſuo iuſto & occulto inclinauit: ideo dictum eſt, Dixit ei Dominus. Nam ſi iubenti obtemperaſſet Deo, laudandus potius quam puniendus eſſet, ſicut ex hoc peccato poſtea eſſe punitum nouimus. Nec cauſa tacita eſt cur ei Dominus iſto modo dixerit maledicere Dauidi; hoc eſt cor eius malum miſerit, vel demiſerit; vt videat, inquit, Dominus humilitatem meam, & retribuat mihi bo-

Augustinus. na pro maledictione eius in die iſto. Et ſequitur capit. 45. Ecce quomodo probatur Deum vti cordibus etiam malorum, ad laudem atque adjumentum bonorum: Sic vſus eſt Iuda tradente Chriſtum; ſic vſus eſt Iudæis crucifigentibus Chriſtum: et quanta inde bona præſtitit populis credituris? qui et ipſo Diabolo vtitur peſſimo, ſed optimè ad exercendam & probandam fidem & pietatem bonorum, non ſibi, qui omnia ſcit antequam fiant, ſed nobis, quibus erat neceſſarium, vt eo modo ageretur nobiſcum. Nunquid non ſua voluntate Abſolon elegit conſilium quod ſibi oberat? & tamen ideo fecit, quia exaudierat Dominus eius patrem orantem vt hoc fieret; propter quod Scriptura ait, Et Dominus mandauit diſſipare conſilium Achitophelis bonum, vt inducat ſuper Abſolon omnia mala: Bonum conſilium dixerat, quod ad tempus proderat cauſæ, quia pro ipſo erat contra patrem eius, contra quem rebellauerat, vt eum poſſet opprimere, niſi Dominus conſilium diſſipaſſet, quod dederat Achitophel, agendo in corde Abſolon, vt tale repudiaret conſilium, & aliud quod ei

Augustinus. expediebat, eligeret. Et ſequitur cap. 46. Quis non iſta diuina iudicia contremiſcat, quibus agit Deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens tamen eis ſecundum merita eorum? Roboam filius Salomonis repulit conſilium ſalubre ſeniorum, & verbis coæuorum ſuorum potius acquieuit: vnde hoc niſi propria voluntate? ſed hinc ab eo receſſerunt decem tribus Iſrael, & alium Regem ſibi conſtituerunt Ieroboam, vt irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum eſſe prædixerat. Quid enim Scriptura dicit? Et non audiuit Rex plebem, quoniam erat conuerſio à Domino, vt ſtatueret verbum ſuum quod loquutus eſt in manu Achiæ Shiloniteæ de Ieroboam filio Nabat: Nempe ſic factum eſt, & illud per hominis voluntatem, vt tamen conuerſio eſſet à Domino. Legite libros Paral. & inuenietis in ſecundo libro ſcriptum, Et ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſuper Ioram, ſpiritum Philiſtinorum & Arabum, qui finitimi erant Aethiopibus, & aſcenderunt in terram Iuda, & diſſiparunt eam, & cæperunt omnem ſubſtantiam quæ in domo Regis inuenta eſt. Hic oſtendit Deum ſuſcitare hoſtes eis terris vaſtandis, quas tali pœna iudicat dignas. Nunquid tamen Philiſtæi, & Arabes in terram Iudæam diſſipandam ſine ſua venerunt, aut ſic venerunt ſua voluntate, vt mendaciter ſcriptum ſit, quod Dominus ad hoc faciendum eorum ſpiritum ſuſcitauit? Imo verumque verum eſt, quia & ſua voluntate venerunt, & tamen ſpiritum eorum Dominus ſuſcitauit: quod etiam ſic dici poteſt, & eorum ſpiritum Dominus ſuſcitauit, & tamen cum ſua voluntate venerunt. Agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam

Augustinus. motum voluntatis eorum, vt per eos agat quod ipſe agere voluerit. Et capit. 47. Quid eſt, quod

A quod homo Dei dixerat [illegible] non vetat tecum exercitus Iſrael? non enim eſt Dominus cum Iſrael, quoniam [illegible] vis obtinere te in illis, in fugam conuertet Deus ante inimicos. Quomodo eſt virtus [illegible] vel adjuuare, vel in fugam vertere? quomodo virtus Dei alios [illegible] eis ſuſtinuit, alios immiſſo timore vertit in fugam, niſi quæ in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit, fecit, etiam in cordibus hominum? Legimus quid dixerit Ioas Rex Iſrael, mittens nuntium ad Amaſiam Regem volentem pugnare cum illo; Nam poſt aliqua dixit, Nunc ſcite in domo tua; quid pronocas in malum? & cades tu & Iudaeum. Deinde Scriptura ſubjunxit, Et non audiuit Amaſias, quoniam à Deo erat vt traderetur in malum, quoniam quæſierunt Deos Edom. Ecce Deus idolatriæ peccatum volens vindicare, hoc operabatur in ejus corde, cui vtique iuſtè iraſcebatur, vt admonitionem ſalubrem non audiret, ſed ea contempta iret in bellum, vbi cum ſuo exercitu caderet. Idem oſtendit per ſeductionem Prophetæ à Domino, de quo Ezech. 14. & per Aſſuerum, de quo

B Hesteræ 15. ſicut ſuperius allegaui, & infra 48. ſic ait, Scriptum eſt & in Prouerbijs Salomonis, Sicut impetus aquæ, ſic cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, declinabit illud. Et in Pſalmo 104. legitur dictum de Aegyptijs, quid eis fecerit Deus; Et conuertit cor eorum, vt odiſſent populum eius, vt dolum facerent in ſeruos eius. In literis etiam Apoſtolicis videte quæ ſcripta ſunt. In Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Romanos, Propterea tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum & in immunditiam. Item paulo poſt, ſicut non probauerunt Domini habere notitiam, tradidit illos Deus in reprobam mentem, vt faciant quæ non conueniunt. Et ad Theſſalon. in Epiſt. 2. ait, de quibuſdam, pro eo quod dilectionem veritatis non receperant vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem errotis vt credant mendacio, & iudicentur omnes, qui non credidiſunt veritati, ſed conſenſerunt falſitati: Et concludendo concluſionem principalem totius proceſſus, ſic ait, His & talibus teſtimonijs diuinorum eloquiorum ſatis, quantum exiſtimo, manifeſtatur operari Deum in

C cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum, aliquando aperto, aliquando occulto iudicio, ſemper autem iuſto. Idem de correptione & gratia multis capitulis hanc eandem Augustinus. concluſionem oſtendit, ſicut allegauit pro parte 10ª hujus ſecundi. Vnde & cap. 49. dicit de ipſa boni perſeuerantia, Noluit Deus ſanctos in viribus ſuis, ſed in ipſo gloriari, qui eis non ſolum dat adjutorium, quale primo homini dedit, ſine quo non poſſint perſeuerare ſi voluit, ſed operatur & velle, vt quoniam non perſeuerabunt niſi & poſſint & velint perſeuerandi, [illegible] & poſſibilitas, & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe ſpiritu ſancto accenditur voluntas eorum, vt ideo poſſint, quia volunt, ideo ſic velint, quia Deus operatur vt velint. Et infra ejuſdem 70. dicit ita; Non eſt dubitandum, voluntati Augustinus Dei, qui in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit, fecit, humanas voluntates non poſſe reſiſtere, quo minus faciat ipſe quod vult; quoniam eorum de ipſis hominum voluntati-

D bus quod vult, facit: Niſi forte, vt ex multis aliqua commemorem, quando Deus voluit Sauli regnum dare, ſic erat in poteſtate Iſraelitarum ſubdere ſe memorato viro, ſiue non ſubdere; quod vtique in eorum erat poſitum voluntate, vt etiam Deo valerent reſiſtere; qui tamen hoc non fecit per ipſorum hominum voluntates, ſine dubio habens humanorum cordium quo placet inclinandorum omnipotentiſſimam poteſtatem. Sic enim ſcriptum eſt, Et dimiſit Samuel populum, & abijt vnuſquiſque in locum ſuum, & abijt Saul in domum ſuam in Gabaa, & abierunt potentes, quorum tetigit Deus corda, cum Saule; & filij peſtilentes dixerunt, Nam ſaluabit nos hic? & inhonorauerunt eum, & non obtulerunt ei munera. Vnde Nunquid aliquis dicturus eſt, non fuiſſe cum Saul quenquam eorum, quorum tetigit Deus corda vt irent cum illo, aut fuiſſe aliquem peſtilentium, quorum vt hoc facerent, corda non tetigit? Item de Dauide, quem Dominus in regnum ſucceſſu proſpeciore conſtituit, ita legitur, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & Dominus erat cum illo. Et cum hoc

E præmiſſum fuiſſet, paulo poſt dictum eſt; Et *Spiritus vero Domini induit Amaſai principem militum*, & dixit; Tui ſumus Dauid, & tecum ſumus, fili Ieſſe; Pax tibi, & pax adjutoribus tuis, quia auxiliator eſt tibi Deus; Nunquid poſſet ipſe aduerſari voluntati Dei, & non potius eius facere voluntate qui in eius corde operatus eſt per ſpiritu ſuum quo indutus eſt, vt hoc vellet, diceret, & faceret? Item paulo poſt ait eadem Scriptura, Omnes hi viri bellatores, ducentes aciem, corde pacifico venerunt in Hebron, vt conſtituerent Dauid ſuper omnem Iſrael ſua voluntate vtique conſtituerunt regem Dauid, quis non videat quis hoc fecerit? Non enim non ex animo, aut non ex bona voluntate corde fecerunt pacifico, & tamen in eis egit, quem cordibus hominum quod voluerit, operatur. Propter quod dicit Scriptura, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & Dominus omnipotens erat cum illo, ac per hoc Dominus omnipotens

Et Spiritus induit Amaſai principem militum 30.

nipotens qui erat cũ illo, adduxit illos vt eũ regẹ constituerent? & quomodo adduxit? Nunquid corporalibus vinculis alligauit? Iuuis egit, corda tetigit, mouit, eoq; voluntatibus eorũ quas ipse in illis operatus est, traxit. Et sequitur cap. pr[illegible]; Si ergo cũ voluerit reges in terra constituere, magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, quis alius facit vt salubris fit correptio, & natiu correpti corde correctio, vt cælesti constituatur in regno? Quid clarius, quid apertius posset dici? Ecce hic Augustinus nullo expresse, quod nullus propria voluntate possit unire cum Sanctis nisi vt hoc faceret, Deus tetigisset cor eius; ergo eadem ratione nullus potest se vertere huc vel illuc, imò nec velle quicquam omninò, nisi ad hoc ipsum Deus tangat cor eius, & efficiat ipsum velle. Vnde & 4. contra Iulianum 16. Quid, inquit, iam vtuntur voluntatis arbitrio? nisi eo volente atque subuenente, à quo præparatur voluntas, velle non possunt. Idem de prædestinatione Sanctorum 28. Agit quippe Deus quod vult in cordibus hominum, vel adiuuando, vel iudicando; vt per eos etiam impleatur quod manus eius & consilium prædestinauit fieri: Frustra itaque etiam illud quod Regum & Paralip. Scriptura teste probauimus, cùm Deus vult fieri, quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari corda eorum vt hoc velint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur & velle, ad causam de qua disserimus, non pertinere dixerunt. Idem de bono perseuerantiæ 37. Deus est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: Nos operamur, sed Deus in nobis operatur etiam operari pro bona voluntate: Hoc nobis expedit & credere, & dicere, hoc est pium, hoc est verum, vt sit humilis & submissa confessio, & detur totum Deo. Hoc idem ostendit B. Prosp. contra Cassian. multis capitulis, vt patet aliqualiter ex superius allegatis: Vnde & 8. c. recitat ab Episc. Afris Papæ Zozimo rescribentibus in hunc modum; Præparatur voluntas à Domino, & vt boni agant aliquid, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum: Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt; vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quoq; voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium. Idem in suis sententiis capit. 352. prænotato, Nil posse hominem sine Deo, recitat Aug. dicentem; Multa Deus facit in homine bona quæ nõ facit homo, nulla verò facit homo, quæ non Deus facit vt faciat homo. Item Bernardus de Gratia & libero arbitrio 23. Quid, inquit, nostra verba aliud sonant, quàm illud quod, neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei? quod sane non ideo dicit Apost. quasi quis velle aut currere non possit in vanum, sed quod is qui vult & currit, non in se, sed in eo à quo accepit & velle & currere debeat gloriari: Denique ait, Quid habes quod non accepisti? & idem ostendit capit. 18. 22. & alijs. Item Doctor & Martyr gloriosissimus Cyprianus, epistola 13. ad Quirinum intitulata, De disciplina Christianæ religionis capit. 4. tantum hanc vnam conclusionem ostendit: In nullo nobis gloriandum, quando nostrum nihil sit: Et hoc per illud Ioh. 3. Nemo potest quicquam accipere, nisi datum illi fuerit de Cœlo: Et per illud Apostoli 1. ad Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? Si ergo accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? & per multa alia loca Scripturæ. Item venerabilis Anselmus de casu Diaboli 1. & consequenter ostendit, quod illud dictum Apostoli dicitur tam Angelis quàm hominibus, & cuilibet creaturæ, & quòd nulla creatura potest ex se sola quicquam habere, nec velle, nec peruelle. Vnde & capit. 7°. opponenti discipulo per hunc modum; In nostra natura quæri potest, quoniam credimus nullum hominem posse habere bonam voluntatem, nisi dante Deo, malam verò semper habere posse, sola permissione Dei, Cur Deus fecerit eam talẽ c. 8. Primo materialiter sic respondet, nec voluntatem, nec conuersionem voluntatis puto negari posse aliquid esse; Namet si nõ sunt substantiæ, non tamen probari potest eas non esse essentias, quoniam multæ sunt essentiæ præter illam quæ propriè dicitur substantia. Deniq; bona voluntas non magis est aliquid quàm voluntas mala: Nec enim magis est aliquid voluntas, quæ vult dare miseri corditer, quàm illa quæ vult rapere violenter; & consequenter ostendit hanc conclusionem, quam concludendo in fine sic ait; Nec igitur voluntas mala, nec praua voluntatis conuersio est ipsum malũ, quo Angelus vel homo [illegible] quod [illegible] dictum; nec bona voluntas, aut bona voluntatis conuersio est ipsum bonum quo boni fiunt; Et per multa capitula consequenter ostedit, quod malum siue malitia pura non sit res aliqua positiua, sed pura priuatio. Et ca. 20. vt formaliter magis respondeat, ostendit quod omnis actus voluntatis triplicitet fit à Deo. Vno modo, quia Deus non cũ posset, prohibet, sed permittit; Alio modo, quod potestas volendi, scilicet ipsa voluntas, quæ est potentia voluntaria, est à Deo. Tertio modo, quod ipsemet Deus vere per se coefficit omnem actum etiam malum secundum suam essentiã, quia sic bonum est, non autem secundũ suã malitiam, sed sic tantum fit à voluntate iniusta. Vnde sic dicit, Quid mirum, si quemadmodum Deus dicitur inducere in tentationem, quando non liberat ab ea, ita fatemur cum

Augustinus.

Prosper.

Bernardus.

Cyprianus.

Anselmus.

cum dare malam voluntatem non prohibendo eam cum potest, præsertim cum potestas vo-
iendi quidlibet non nisi ab illo sit? Ecce pro primo, & secundo, & addit pro tertio; cum Dia-
bolus conuertit voluntatem suam ad quod non debuit, & ipsum velle, & ipsa conuersio fuit
aliquid; & tamen non nisi à Deo, & de Deo aliquid habuit; nec velle aliquid nec mouere
potuit voluntatem, nisi illo permittente, qui facit omnes naturas substantiales & accidenta-
les, vniuersales & indiuiduas: In quantum enim voluntas & conuersio siue motus voluntatis est aliquid, bonum est, & Dei est; in quantum vero iustitia caret, sine qua esse non debet, non simpliciter malum, sed aliquid malum est, & quod malum est non Dei est, sed voluntatis, siue mouentis voluntatem. Simplex quippe malum est iniustitia, quoniam non est aliud quam malum, quod nihil est; aliud verò malum est natura in qua est iniustitia, quoniam est aliquid, & aliud quam iniustitia, quæ malum est, & nihil est. Quare quod aliquid est, à Deo fit, & Dei est; quod vero nihil est, id est, malum ab iniusto fit, & ejus est. Contra quæ statim opponit Discipulus in hæc verba; Quod quidem Deus rerum naturas omnium faciat, fatendum est; quod vero singulas actiones peruersarum voluntatum, vt ipsum prauum motum voluntatis, quo ipsa mala voluntas se mouet, faciat, quid condecet? Et respondet, Nihil mirum, si dicimus Deum facere singulas actiones quæ fiunt mala voluntate, cum dicamus eum facere singulas substantias quæ fiunt ‖ *iniusta* voluntate & inhonesta operatione. Et sequitur sub nomine Discipuli consequenter, Non habeo quid contradicam; quippe nec negare possum verè aliquid esse quamlibet actionem, nec fateri volo non fieri à Deo quod verè aliquam essentiam habet: nec ista tua ratio in vllo accusat Deum aut excusat Diabolum, sed omnino Deum excusat, & Diabolum accusat. Idem de Concor. 6. quæsito vtrum præscientia siue scientia Dei sit à rebus, aut è contra, & destructa prima parte, & per consequens constructa secunda, objectoq; contra hanc sententiam hoc modo; Si vero quæcunque sunt, à scientia Dei sumunt essentiam, Deus est factor & autor malorum operum; ergo non iuste punit malos? Respondet in hæc verba; Hoc autem facilè solui potest, si prius cognoscatur bonum; quod est iustitia verè aliquid esse; malum vero quod est iniustitia omni carere existentia: Non est enim iniustitia qualitas, aut actio, aut alia essentia, sed tantùm absentia debitæ iustitiæ; omnis quippe qualitas, & omnis actio, & quicquid habet aliquam essentiam, à Deo est, à quo est omnis iustitia, & nulla iniustitia; facit ergo Deus omnia, quæ iusta, siue iniusta voluntate fiunt, id est bona opera & mala. In bonis quidẽ facit quod sunt, & quod bona sunt; in malis verò quod sunt, sed non quod mala sunt: Nam omni rei esse iustam & bonam, est aliquid esse; nulli verò rei est esse aliquid, iniustam vel malam esse. Et infra eodem ostendit, quod Deus dupliciter efficit omnem volutionem, actionem & motum; primò, quia Deus efficit omnem rem actiuam & passiuam & omnem earum potentiam; secundò, quia vera efficienter mouet & agit; vnde sic dicit, Sicut Deus non facit iniustitiam, ita non facit aliquid iniustum esse, qui tamen facit omnes actiones, & omnes motus, quia ipse facit res à quibus, & ex quibus, & per quas, & in quibus fiunt, & nulla res habet potestatẽ volendi aut faciendi, nisi illo dante. Ecce pro 1. & sequitur pro 2. Ipsum quoq; velle, quod aliquando iustũ est, aliquando iniustũ, nec est aliud quàm vti voluntate & potestate volendi, quas dat Deus in quantũ est bonũ, & est à Deo, quod tunc quidẽ quando est rectè, bonũ & iustũ est; quando verò non rectè, hoc solo quod non rectè est, malum est & iniustum. Est autem aliquid rectè esse, & hoc est à Deo: non esse verò rectè, non est aliquid, nec est à Deo. Sic itaque facit Deus in omnibus voluntatibus & operibus ‖ *bonis*, & quod essentialiter sunt, & quod bona sunt: in malis verò non quod mala sunt, sed tantum quod per essentiam sunt. Et 8. capit. dicit idem, vbi ponit modum alium faciendi, quo Deus dicitur facere mala, quia scilicet permittit, sicut dicitur hominem indurare cum non emollit, ac inducere in temptationem cum non liberat. Idem de conceptu virginali 4. dantur, inquit, quibusdam actionibus nomina, quibus significatur eas iniustè fieri, vt fornicatio & mendacium; sed aliud intelligitur cum ipsa actio vel ‖ *proloquutio*, aliud cum vtrumque, iustè aut iniustè fiat, consideretur. Denique omnis essentia est à Deo, à quo nihil est iniustum: & alijs locis multis sæpissimè vult hoc idem. Item Williamus Altissiodorensis Episcopus super 2. sentent. quærit, Vtrum mala actio sit à Deo operante & cooperante; & tenet quod sit, quod probat autoritate & similiter ratione. Primò autoritate Esaiæ superius allegata, Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? &c. Vnde concludit quod destructionis Iudæorum factæ per Senacherib fuit Deus actor principalis, & Senacherib instrumentalis, vt securis vel virga. Secundò probat idem duplici ratione: prima est, quia passio Christi fuit bona, ergo processit à causa bona; ergo à bona voluntate Dei, & non tantum à mala voluntate Iudæorum: secunda est, Aliquis fornicando generat sanctum Prophetam; tunc hæc actio est causa boni, ergo ipsa est bona; & est mala; ergo actio mala in quantum

‖ mala.

Anselmus.

‖ hominis.

Anselmus.

Anselmus.

‖ prolatio.

Altissiodorensis.

quantum actio est, bona est, & à Deo est: & subiungit, quod concedimus dicentes, quod Deus est causa efficiens, formalis, & finalis omnis actionis, sed non materialis: efficiens eius causa est, quia est eius principalis Actor. Sanctus quoque Thomas in quæstionibus suis de malo, quæstione 19. quærit, vtrum actio peccati sit à Deo, & respondendo sic ait, Dicendum quod apud Antiquos circa hoc erat duplex opinio: Quidã enim dixerunt antiquitus peccati actionem non esse à Deo; attendentes ad ipsam peccati deformitatẽ, quæ à Deo non est; Quidam vero dixerunt actionẽ peccati esse à Deo, attendẽtes ad ipsam essentiã actus, quam oportet ponere à Deo esse, duplici ratione: Primò quidẽ ratione cõmuni, quia cum ipse Deus sit ens per suam essentiam, quia sua essentia est suum esse, oportet quod omne quod quocunque modo est, deriuetur ab ipso; Nihil enim aliud est quod sit summ esse, sed omnia dicuntur entia per quandam participationem; omne autem quod per participationem dicitur tale, deriuatur ab eo quod est per essentiam tale, sicut omnia ignita deriuantur ab eo quod est per essentiam ignis. Manifestum est autem quod actio peccati est quoddam ens, & in prædicamento entis positum; vnde necesse est dicere, quod sit à Deo. Secundò autem idem patet ratione speciali: Necesse est enim omnes motus secundarum causarum causari à primo mouente: Deus autem est primum mouens respectu omnium motuum & spiritualium & corporalium; vnde cum actus peccati sit quidam motus liberi arbitrij, necesse est dicere quod actus peccati, in quantum est actus, sit à Deo. Hoc idem & plane testatur Iohannes Scotus super 1. sentent. dist. 41. sicut 18° primi plenius recitatur. Ex præmissis, vt arbitror, satis claret, quod ad hoc quod voluntas creata efficiat suum actum quemcunque bonum vel malum, diuina coefficientia est necessario requisita.

Thomas.

COROLLARIVM.

Corollarium quod quicquid effecerit voluntas creata, necesse est vt & illud coefficiat increata; & quicquid operata fuerit voluntas Angelica, vel humana, necesse est vt & illud cooperetur diuina; & quod omnem actum voluntatis creatæ totum efficit voluntas creata, & totum similiter increata.

Vnde & elicitur facilè hoc porisma, Quicquid ‖ *effecerit* voluntas creata, necesse est vt & illud coefficiat increata; & quicquid operata fuerit voluntas Angelica vel humana, necesse est vt & illud cooperetur diuina; & quod omnem actum voluntatis creatæ totum efficit voluntas creata, & totum similiter increata. Istud corollarium probat clarissimè nonum primi: potest quoque ex præmissis demonstrari facillimè, sicut & illud nonum fuerat demonstratum. Nam si Deus necessario requiratur ad coefficiendum & cooperandum omnem actum voluntatis creatæ, & Deus nihil efficit aut operatur ad extra, imò nec hoc potest purè naturaliter aut ex sola cognitione, voluntas eius increata & efficax est necessario requisita. Quare & Propheta sic ait, Inclina cor meum Deus in testimonia tua. Psalmo 108. & infra eodem, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas. Vnde & Augustinus de perfectione iustitiæ 21. dicit. Orat homo vt præcepta Dei faciat, quæ vt fierent, nec iuberetur, si nihil ibi nostra voluntas ageret, nec Deus oraretur, si sola sufficeret. Idem de correptione & gratia 7. Non se fallant, qui dicunt vt quid nobis prædicatur, atque præcipitur vt declinemus à malo, & faciamus bonum, si hoc nos non agimus, sed id velle & operari Deus operatur in nobis, sed potius intelligant, si filij Dei sunt, spiritu Dei se agi, vt quod agendum est agant, & cùm congruit, illi à quo aguntur gratias agant: Aguntur enim vt agant, non vt ipsi nihil agant. Qui & in sententijs Prosperi 310. recitatur hoc modo; Plus est proculdubio agi quàm regi: Qui enim regitur, aliquid agit, & ideo regitur vt rectè agat; qui autem agitur, agere ipse aliquid vix intelligitur. Et tantum præstat voluntatibus nostris gratia Saluatoris, vt non dubitet Apostolus dicere, Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quam vt illi se commendet qui male agere non potest. Quare & Bernardus de Gratia & libero arbitrio 23. loquens de Gratia, scribit ita; Ipsa liberum excitat arbitrium; cum seminat cogitatum, sanat; cum immutat affectum, roborat, vt producat ad actum; seruat, ne sentiat defectum: sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tantum in primo illud præueniat; in cæteris comitetur. Ad hoc vtique præuenit, vt iam sibi deinceps cooperetur; ita tamen quod à sola gratia cæptum est, pariter ab vtroque perficitur, vt mixtim, non sigillatim, simul non vicissim per singulos effectus operetur, non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere indiuiduo peragunt: totum quidem hoc, & totum illa, sed vt totum in illa, sic totum ex illa.

‖ efficit.

Propheta.

Augustinus.

Augustinus.

Prosper.

CAP.

CAP. XXI.

Recitat sex falsas responsiones; quarum Prima dicit, quod ideò solum Deus dicitur facere omnem actum voluntatis creatæ, quia facit omnem voluntatem creatam, quæ sola verè & propriè efficit suum actum. Secunda, quòd Deus ideo dicitur facere actum bonum voluntatis creatæ, quia facit charitatem seu gratiam effectricem illius. Tertia, quod Deus conseruat voluntatem. Quarta, quod Deus facit obiectum & omnia mouentia voluntatem. Quinta, quod permittit. Sexta, quod Deus efficit propriè omnem actum bonum voluntatis, sed penitus nullum malum, & corrigit ipsas generaliter & coniunctim.

Vlti autem huic tam firmæ veritati & tam validis eius testimonijs non audentes nec valentes omnino resistere, ipsam saltem fumosis quibusdam responsionibus conantur multipliciter obumbrare, dicentes Deum non verè & propriè efficere actum voluntatis creatæ, sed solummodo transumptiuè. Primi namque dicunt, quòd Deus ideo dicitur omnem actum creatæ voluntatis efficere, quia fecit omnem voluntatem creatam, quæ sola verè & propriè efficit suum actum. Secundi ponunt consequenter cum istis, quòd Deus propterea dicitur facere omnem bonum actum voluntatis creatæ, quia facit charitatem seu gratiam, à qua cum sola voluntate creata efficitur bonus actus. Tertij ‖ *asserunt*, Deum idcirco tantum facere omnem actum voluntatis creatæ, quia conseruat omnem voluntatem creatam, quæ sola efficit propriè suum actum. Quarti, quia facit quodlibet obiectum mouens voluntatem creatam, & cætera requisita. Quinti, quia permittit, cum posset libere impedire. Sexti verò fingunt quod Deus efficit propriè omnem bonum actum voluntatis creatæ, sed penitus nullum malum. Pro prima opinione potest adduci Philosophus 8. Phys. 32. & 33. & 4. de Cœlo 25. vbi ostendit quod generans seu faciens graue & leue mouet ea localiter, quia tribuit eis formas quibus sic mouentur. Ad idem videntur facere autoritates Anselmi de casu Diaboli 20. & de Concordia 6. superius allegatæ. Præterea cum Deus sit omnipotens, potest creare naturam quæ per se sufficiat ad mouendum, & similiter ad agendum. Ponatur ergo quod faciat, & cessent omnes rationes ad contrariam partem factæ; ergo formaliter non concludunt: & hæc rationi licet satis irrationali multi pertinaciter tamen tuntur. Pro secunda faciunt eadem per locum à simili. Pro tertia, quia conseruans est aliqua causa conseruati, & quicquid est causa causæ, est causa causati. Pro quarta, quia obiectum mouens voluntatem aliquo modo efficit eius actum, vt videtur ex 3. de Anima, capit. de mouente. Item Augustinus, super illud Psalmi 104. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius, sic quærit; Nunquid nam intelligendum vel credendum, quod Deus cor hominum ad facienda peccata conuertat? aut peccatum non est, vel paruum peccatum est odisse populum Dei, & dolum facere in seruos eius? Quis hoc dixerit? Nunquid ergo istorum tam gratiorum peccatorum Autor est Deus, qui nullius vel leuissimi peccati Autor credendus est? Quis sapiens, & intelliget hæc? & pro responsione subiungit; Nam ipsa est illa mirabilis Dei bonitas, qua bene vtitur, etiam malis vel Angelis, vel hominibus. Cum enim ipsi vitio sint mali, ille de malo eorum bene facit: Non enim antequam odissent populum eius boni erant, sed maligni & impij, tales erant qui facile incolis suis fœlicibus inuiderent. In eo ergo quod populum suum multiplicauit, hoc beneficio malos ad inuidendum conuertit. Inuidia enim est odium fœlicitatis alienæ. Sic ergo conuertit cor eorum, vt per inuidentiam odissent populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Non itaque cor illorum malum faciendo; sed populo suo benefaciendo cor illorum sponte malum conuertit ad odium: Non enim rectum cor pertuertit; sed sponte peruersum ad odium populi, vt eo malo bene vteretur, conuertit, non illos malos

Opiniones.

1.

2.

3.

‖ ponunt.

4.

5.

6.

Anselmus.

Augustinus.

malos faciendo, sed istis bona quibus mali facillimè possent inuidere, largiendo, quo illorum odio & ad exercitationem populi sui, & ad gloriam, quæ nobis est vtilis nominis sui, quomodo sit vsus, consequentia docent, quæ in eius laude commemorantur. Pro quinta videtur illud Philosophi 8. Phys. & 4. de Cœlo, vbi prius quod remouens impedimentum aut prohibens mouet localiter elementa. Dicitque Augustinus Enchirid. 75. Non fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Quare & Hugo de Sacramentis lib. 1. parte 4. cap. 2. & recitat Lumbardus 1. sentent. dist. 45. ostendit quod voluntas Dei, quinque vel sex modis accipitur in Scriptura, scilicet pro suo beneplacito, siue dispositione, pro eius præceptione, prohibitione, consilio, permissione, & operatione. Pro sexta videtur illud Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Eiusdem videtur probare Autoritas Augustini pro tertia opinione superius allegata. Idem Hypognost. 29. Per se homo lapsum facere potuit, quia voluit, sed non sic per se, id est per propriam voluntatem resurgere valuit: satisque multæ aliæ Autoritates ipsius, & multorum aliorum testantur, hominem per se posse peccare & cadere, sed non mereri aut resurgere sine Deo. Vnde Hosee 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. Has autem responsiones omnes & singulas redarguunt euidenter omnes rationes & Autoritates quam plurimæ capitulo proximo iam præmissæ, quæ nullo modo possunt admittere istam glossam. Item Autoritates Scripturæ & Doctorum accipiendæ sunt ad intellectum communem, vt docet 45. primi: sed multæ Autoritates Scripturæ & Doctorum capitulo proximo allegatæ prætendunt omnino quod Deus efficit propriè actum voluntatis creatæ. Corollaria quoque tertij ac quarti primi libri has omnes responsunculas corrigunt aut corrumpunt. Item si Deus efficeret actum voluntatis creatæ non propriè, sed solummodo transumtiuè aliquo prædictorum modorum, cur tantum inaniter laborasset sanctus Dauid, Solomon, Ieremias, Esaias, Paulus & Christus, cæterique Autores veteris Testamenti & noui, beatus quoque Cyprianus, Augustinus, Gregorius, Prosper, Anselmus, Bernardus, Thomas & Ioannes; cæterique veteres & moderni tam studiosè probando quod Deus efficit & operatur in nobis & velle & operari, cum hoc nulli philosopho, siue catholico fuerit dubium aut ignotum? Sufficisset enim dixisse, quod Deus omnia creauit aut fecit, & quando quæcunque res agit, non impedit ipsam agere sed permittit. Item nullus Philosophus, vel Doctor catholicus, sed tantum Pelagius, vel Pelagianus exponit, glossat, aut intelligit præmissa philosophica, vel Theologica aliquo prædictorum modorum: quare quælibet talis responsio est suspecta. Vnde Pelagius postquam dixit, quod homo potest velle, & operari ex viribus liberi arbitrij per seipsum; sicut proximum huius pandit, opposuit sibi ipsi Autoritatem Apostolicam, & respondit, recitante Augustino 1. contra Pelagium & Cœlestium de gratia Christi, & de peccato originali 9. hoc modo: & quomodo, inquit, stabit illud Apostoli; Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere? Deinde vt hanc oppositionem veluti soluerit, quam videbat dogmati suo vehementer || consequenter esse contrariam, "secutus adiunxit; Operatur in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, & mutorum more animalium tantummodo præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum pollicitatione succendit, dum reuelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitat voluntatem, dum nobis suadet omne quod bonum est. Multæ quoque responsunculæ Pelagij similes recitantur 39. primi.

Philosophus. Augustinus. Hugo. Lumbardus. Gen. Augustinus. Hosee. Resp. generalis.

CAP. XXII.

Specialiter corrigit primam harum.

Responsio specialis ad primam. * primi.

ITem specialiter contra primos, Nulla res facta à Deo potest per se existere, nec aliam rem seruare in esse sine eo, vt secundum * præmonstrauit; quare nec agere aut producere aliam rem in esse, vt capitulum proximum arguebat. Item Corollaria tertij & quarti primi cum rationibus & Autoritatibus illa probantibus specialiter hos refellunt. Item tunc Deus non haberet scientiam præsentium nec etiam futurorum, nec omnia per eius prouidentiam regerentur, multaque contingerent à casu & à fortuna, nec esset aliqua via sumpta à motu efficax ad probandum primum Motorem communem: Posset enim causa secunda mouere, causa prima totaliter quiescente, cum multis impossibilibus alijs & absurdis sicut capitulum proximum plenius

nius manifestat. Item tunc posset homo ex se solo aperire pulsanti januam cordis sui, contra 38. primi. Item hoc est contra Autoritates Anselmi de casu Diaboli 20. & de Concor. 6. & 7. vbi ostendit quod Deus tripliciter efficit omnem actum voluntatis creatæ, sicut capitulum proximum allegauit. Adhuc autem & secundum similem rationem, Deus diceretur & esset factor & Autor peccati, contra Doctores. Vnde & Augustinus de spiritu & litera 29. sic ait; Vtique voluntate credimus de hac quæritur vnde sit nobis. Si natura; quare non omnibus, cum sit idem Deus omnium Creator? Si dono Dei, etiam hoc quare non omnibus, cum omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire? Prius igitur illud dicamus, & videamus vtrum huic satisfaciat quæstioni, quod liberum arbitrium naturaliter attributum à Creatore animæ rationali, illa media vis est, quæ vel inclinandi ad fidem, vel inclinandi ad infidelitatem potest, & ideo nec istam voluntatem, qua credit Deo, dici potest habere quam non acceperit, quando quidem vocante Deo surgit de libero arbitrio, quod naturaliter cum createrur, accepit. Et cap. 31. Si autem respondetur cauendum esse, ne quisquam Deo tribuendum putet peccatum, quod admittitur per liberum arbitrium, si in eo quod dicitur, quid habes quod non accepisti? propterea etiam voluntas qua credimus, dono Dei tribuitur, quia de libero existit arbitrio, quod cum crearemur, accepimus: Attendat & videat, non ideò tantum istam voluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est quod nobis naturaliter concretum est, verumetiam quod visorum suasionibus agit. Deus vt velimus, & vt credamus, siue extrinsecus per Angelicas exhortationes, siue intrinsecus, vbi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriæ voluntatis est. His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali vt ei credat (Neque enim credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, vel vocatio cui credat) profectò & ipsum velle credere Deo operatur in hominibus omnibus, qui eius præuenimur. Et ne forte moueat quempiam quod dicit consentire vel dissentire esse propriè voluntatis, quasi tanium sit voluntatis propriæ & non Dei; Caueat, quæso, quilibet, caueat; quia ille fuit error Pelagij, vt 37. & 38. capitulis primi patet: quem & Augustinus per totum librum de prædestinatione sanctorum exuit pare. Vnde & 4. capitio quens de Autoritate Apostoli in de spiritu & litera superius memorata, scilicet, Quid habes quod non accepisti? sic ait; Quo præcipuo testimonio etiam ipse conuictus sum, cum similiter retratem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed à nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona. Et accipit ibi fidem non pro habitu, sed pro actu; addit, Neque enim fidem putabam Dei gratia præuenirì, nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium veritatis; vt autem prædicato nobis Euangelio consentiremus nostrum esse proprium arbitrabar. Quem meum errorem nonnulla opuscula mea satis indicant, in quibus est illud quod commemoratis in libris vestris, vbi expositio est quarundam propositionum ex epistola ad Romanos. Denique cum mea cuncta opuscula retractarem, cuius operis iam duos libros absolueram, cum ad huiusce librum retractandum in primo volumine peruenissem, sic inde loquutus sum, & est 1. Retract. 23. Item quod disputans inquit, Quid elegerit in nondum nato, scilicet Iacobo ad hoc perduxi ratiocinationem, vt dicerem, Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præscientia quę ipse daturus est, sed fidem, scilicet actum; Vnde subiungit, vt quem sibi crediturum esse præsciit, ipsum eligeret, cui Spiritum Sanctum daret vt bona operando etiam vitam æternam consequeretur. Proinde quod continuò dixi, Dicit enim idem Apostolus, idem Deus qui operatur omnia in omnibus; Nusquam dictum est, Deus qui credit omnia in omnibus: Ac deinde subiunxi, Quod enim credimus, nostrum est; quod autem bonum operamur illius est, qui credentibus dat Spiritum Sanctum. Profecto non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis: Non enim sola charitas, sed sicut scriptum est, charitas cum fide à Deo. Et quod paulò post dixi, Nostrum est credere & velle, ecce quod loquitur de actu fidei; Nostrum est, inquit, credere & velle, ipsius autem dare credendi & faciendi facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris. Verum est quidem, sed eadem regula & vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem & vtrumque nostrum, qui non fit nisi volentibus nobis. Ecce quod Augustinus in his duobus locis retractat, quod dixit super epistolam ad Romanos, Credere & velle esse nostrum, & vtrum ex ipsum nequaquam tantum sanctis capitulis fuisse, quam de se licet post conuertionem suam exposuit illas propositiones epistolæ memoratæ, quod crederet, Credere & velle esse nostrum, vt anima rationalis, intellectus, & voluntas esset nostra, seu nostra esset, & nobis ex nobis, ita quod non à Deo, imò sicut tam serios illine expositionis quam retractationis perhibet, nunc

credebat

credebat intellectu & voluntate esse nobis à Deo creante; sed à Deo illorum esse nobis ex solis nobis illos agentibus. Sed Deo ulteriùs [illegible] per suos [illegible]. Sit ergo posterior eius sententia quod Deus cum homine coefficiat propriè actus potentiarũ illarũ, & non tantum improprè, quia scilicet potentias illas fecit. Vnde & infra eiusdẽ 18. de prædest. sanct. 6. tractans illud dictũ Apostoli: Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? sic ait: In hac Apostoli intentione dona Dei naturalia suspicere [illegible] totam perfectam naturam, qualis in primâ conditione donata est, siue vitam naturæ quæ cunque reliquias, nimis quantum existimo absurdum est. Nunquid enim per hæc dona, quæ omnibus sunt cõmunia hominibus, discernuntur homines ab hominibus? Hic enim prius dixit, Quis enim te discernit? & deinde addidit, Quid autem habes quod non accepisti? Posset quippe homo dicere inflatus adversus alterum, Discernit me fides mea, institutio mea, vel si quid aliud. Qualibus occurrens cogitationibus bonus Doctor, Quid autem habes, inquit, quod non accepisti? à quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi? Ac per hoc quisquam auder dicere, Habeo fidem ex meipso; non ergo accepit? profectò contradicit apertissimæ veritati; non quia credere, vel non credere non est in arbitrio voluntatis humanæ; sed in electis præparatur voluntas à Deo; ideo ad ipsam quoque fidem quæ in voluntate est pertinet. Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? & sequitur [illegible]. Multi audiunt verbum veritatis; sed alii credunt, alii contradicunt: volunt ergo illi credere, nolunt illi. Sed cum in aliis præparetur, in aliis non præparetur voluntas à Domino, discernendum est vtique quid eueniat de misericordia eius, quid de iudicio. Item Augustinus super illud Psalmi 118. Manus tuæ fecerunt me &c. distinguens duplicem modum factionis hominis à Deo, sic ait: Vtrum hoc secundum Adam dictum est, ex quo cum sint omnes homines propagati, quis hominum, quando ille factus est, & se factum non potest dicere originis seminisque ratione? An etiam secundum hoc rectè dici potuit, Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me, quod vnusquisque non sine opere Dei etiam de parentibus || sit, ipso creante, illis generantibus, quoniam si operatione Dei potentia rebus subtrahatur, intereunt, nec aliquid omnino siue de mundi elementis, siue de genitoribus, siue de seminibus nascitur, si ea non operetur Deus. Item nunc habens naturalia integra possit ex se solo, vel per Doctorem alium sine Deo propriè coagente acquirere sibi morales & intellectuales virtutes: cuius oppositum docet Augustinus 4. contra Iulianum multis capitulis. & Beda contra eundem Iulianum 13. sicut erat superius allegatum. Vnde & Beda satis expresse contra istam responsionem sic dicit: Quod ergo dicit Iulianus multos Philosophorum patientiam, castitatem, modestiam, aliosque denique bonos habuisse virtutes, constat quod quicunque Philosophorum Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam nesciuerunt, hi nullam veram virtutem, nec veram sapientiam vllam habere potuerunt: In quantum vero vel gustum aliquem sapientiæ cuiuslibet, vel virtutis imaginem habebant, de super hoc totum acceperunt; non solum quoniam primæ conditionis, verumetiam quotidiana eius gratia qui creaturam suam nec deserentem deserens, dona sua, prout ipse indicauerit, hominibus & magna magnis, & parua largitur paruis. Ad illud autem quod pro ista opinione adducitur, potest faciliter responderi, quod ille est vnus bonus & verus modus loquendi, apud quos fuerit consuetus; sed per hoc non probatur, quin formæ elementares moueant elementa. Certum est enim, quod corrupto generante, & impediens remouente, elementa mouentur; ergo ab aliquo motore, & non à generante, vel prohibens remouente, quia neutrum illorum est, & per consequens nihil facit, causat, aut mouet; est igitur forma mouens. In omni quoque motu mouens & motum sunt simul, vt docetur 7. Phys. 8. & post. 2. de Anima 74. Sed neutrum prædictorum est simul cum elemento moto; quia omnino non est. Tunc etiam elementa mouentur naturaliter, ergo à natura. Ipsa enim, vt docetur 2. Phys. 3. est principium & causa mouendi & quiescendi in quo primum est; & hæc est duplex, scilicet materia, & forma, vt ibi ostenditur consequenter: sed materia prima non est principium motuum localiter, vt nullo Philosopho est ignotum; ergo forma elementi naturaliter ipsum mouet. Possidem quoque quod elementatum quiescunt loco suo naturali mouentur ad eum: sed ibi quiescit per formam suam. Maior etiam certa, veliguis descendit velocius, vel ascendit, ergo non tantum ab extrinseco, sed ab intrinseca sibi forma. Corpora quoque mixta mouentur ad motum elementi dominantis; ergo ipsum elementum dominans per se naturaliter habet motum. Ipse etiam idem Philosophus 4. Phys. tractans de vacuo 71. & post. supponit planissime, elementa mouerì naturaliter ex seipsis: & similiter 1. de Cœlo, vbi reprobat antiquorum Auctores quoque super loca prædicta vult idem: & super 3. de Cœlo. 28. & super 4. 22. ostendit distinctum quod in corporibus simplicibus, motor & motum non distinguuntur in actu ab inuicem, & quod formæ eorum sunt motores

Augustinus.

|| sit.

Responsio ad obiecta.

Philosophus.

A motores eorum: & glossat ibi processum Philosophi in 7. Physicorum probantis quod nihil mouet se, sed quod omne quod mouetur, mouetur ab alio, isto modo 3. Aristoteles, inquit, non intendebat per illum sermonem quem scripsit in 7. Physicorum, nisi declarare quod nihil mouet se, scilicet ita quod motor sit idem cum moto, & eodem modo, & ideo posuit, quod quicquid quiescit per quietem alterius, necesse est motum eius non esse nisi ab altero, id est, necesse est, vt motor in eo differat essentia & definitione à moto, licet non differat in subiecto. Et similiter potest glossari similis processus Philosophi 8. Physicorum, & 4. de Cœlo superius memoratus. Item si elementa non haberent ex se, sed tantum à generante, vel impediens remouente, motum seu motionem || *localem*, eadem ratione nec aliquam aliam actionem: ergo nec ignis ex se combureret, vel lucet, et vtroque illorum corrupto, plurimumue remoto. Mirabilis quoque modus loquendi videtur, & à veritate nimis extraneus dicere, quod lucerna, seu candela sol mei, quæ illuminauit lucernam meam, seu candelam illuminantem studium meum, illuminat studium meum cum camera sua, forsitan nimis dister; murisque lapideis includatur, vel tradicta eius lucerna forsitan extinguatur. Per similem etiam rationem, quicquid nunc scribo Oxoniæ, scriberet pater meus Cicestriæ; quia genuit me scribentem, imò auus, & proauus, accaetera genitores, ipsi quoque primi parentes nunc facerent omnia facta nostra. Illud autem Anselmi non mouet, quia non dicit quod Deus illo modo tantum efficiat || *transmutiue*, & alio proprio, sicut capitulum proximum recitauit. Ad rationem dicendum, quod licet Deus sic omnipotens, nihil tamen potest facere quod contradictionem includit, sed sicut contradictionem includit aliquam naturam esse sine Deo per se, & propriè eam actualiter & specialiter conseruante, sicut secundum primi docebat: sic vel amplius contradictionem includit aliquam naturam agere, seu mouere sine Deo per se & propriè actualiter & specialiter coagente & similiter commouente, sicut tertium & quartum primi plenius || *ostendebant*. Et sic respondet sanctus Thomas de potentia Dei C quæstione 5. 2. quæ quæritur, Vtrum Deus operetur in omni operatione naturæ, ad simile argumentum pro parte negantis, quinto loco adductum: quandocunque inquit arguens, Deus aliquam naturam instituit, ex hoc ipso facit ei omnia illa quæ sunt de ratione illius naturæ. Similiter ex hoc ipso, quod facit hominem, dat ei animam rationalem: sed de ratione virtutis est quod sit principium agendi, cum virtus sit vltimum potentiæ quæ est principium agendi in aliquid, secundum quod est aliud, vt dicitur in 5. Metaphys. ergo ex hoc ipso, quod virtutes naturales rebus indidit, dedit eis quod operationes perficerent: non ergo oportet quod vlterius in rebus naturalibus operetur. Et post septimo loco adducit aliud argumentum simile huic quinto, ad quorum primum sic respondet: Ad quintum dicendum quod de ratione virtutis inferioris est, quod sit aliquo modo operationis principium in suo ordine, id est, vt agat vt instrumentum superioris virtutis: vnde ex clusa superiori virtute, inferior virtus operationem non habet. Et consequenter ad aliud sic respondet: Ad septimum dicendum, quod virD tus naturalis, quæ est rebus naturalibus in sua institutione collata, inest eis vt quædam forma, habens esse ratum & firmum in natura; sed id quod à Deo fit in re naturali quo actualiter agat, est vt intentio sola habens quoddam esse incompletum, per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis. Sicut igitur secuti per artem dari potuit aër lumen, vt esset forma in ea permanens, non autem dari et potuit, quod vis artis esset in ea quasi quædam forma in ea permanens, nisi haberet intellectum: ita rei naturali potuit conferri virtus propria, vt forma in ipsa permanens, non autem vis qua agit ad esse, vt instrumentum primæ causæ, nisi daretur ei, quod esset vniuersale essendi principium: nec iterum virtuti naturali conferri potuit vt moueret seipsam, nec vt conseruaret se in esse. Vnde sicut patet, quod instrumento artificis conferri non potuit, quod operaretur absque motu artis; ita rei naturali conferri non potuit, quod operaretur absque operatione diuina.

E

Auerr.

|| totalem.

|| tiuo.

Responsio ad argumenta.

|| demonstrabant.

Thomas.

CAP

CAP. XXIIII.

Secundam corrigit.

Secunda autem opinio potest reprobari per eadem, per quæ prima: Item per secundam à simili. Voluntas nuda non potest agere actum nudum sine Deo propriè coagente; sicut superius proximo docebatur: ergo nec voluntas virtuosa potest agere actum virtuosum sine Deo propriè coagente. Item per 40. primi; Gratia seu charitas efficit propriè bonum actum: & per 42. eiusdem, non sine Deo [propriè] coagente. Item per 46. primi, Deus efficit propriè omne augmentum actus meritorij cuiuscunque; ergo & totaliter omnem actum. Item per quintum & octauum huius secundi. Nullus habens charitatem, seu gratiam quantacunque potest per se resistere tentationi alicui, nec perseuerare finaliter vel ad tempus sine Dei auxilio speciali, id est, sine voluntate diuina efficaciter hoc agente, sicut probant sextum & 13. huius secundi; quare nec actum elicere virtuosum. Item si Deus faciat habitum charitatis, & tu solus actum, cum actus sit melior habitu, vt 22. primi, & 18. secundi plenius allegârunt, tu facis aliquid melius in teipso, & teipsum similiter meliorem, quàm faciat Deus ipse, quod est contra allegata 37. primi libri. Et per istud idem argumentum probat Augustinus eandem conclusionem de Angelis 2. de ciuitate Dei 9. vbi probato quod malæ voluntatis malorum Angelorum nulla fuit causa efficiens, sic adiungit, Si dixerimus nullam esse efficientem malam etiam voluntatis bonæ, euendum est, ne voluntas bona bonorum Angelorum non facta, sed Deo coæterna esse credatur. Cum ergo ipsi facti sint, quomodo illa non esse facta dicetur? Porro quia facta cum ipsis facta est, an sine illa fuerunt prius. Sed si cum ipsis, non dubium quod ab illa facta sit à quo & ipsi. Si autem boni Angeli fuerunt prius sine bona voluntate, eamque in seipsi, Deo non cooperante, fecerunt; ergo meliores à seipsis quàm ab illo facti sunt. Absit; aut si non potuerunt seipsos facere meliores, quam eos ille fecerat, quo nemo melius quicquam facit, profectò & bonam voluntatem qua meliores essent, nisi operante adiutorio Creatoris habere non possent: & cum id egit eorum voluntas bona, vt non ad seipsos, qui minus erant, sed ad illum qui summè est conuerterentur, eique adhærentes magis essent, eiusque participatione sanienter beatæque viuerent, quid aliud ostenditur, nisi voluntatem quamlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio remansuram, nisi ille qui bonam naturam ex nihilo fuit capacem fecerat, ex seipso faceret impiendo meliorem, prius faciendo, excitando auidiorem? Confitendum est ergo cum debita laude Creatoris non ad solos sanctos homines pertinere, verumetiam de sanctis Angelis posse dici, quod charitas diffusa sit in eis per spiritum sanctum, qui datus est eis. Item cum beatitudo finalis sit actus, sicut 18. huius secundi plenius allegauit, & quilibet beatus solus sine Deo efficiat totaliter suum actum, quilibet beatus per se sibi beatitudinem tribuit, beatificatque solus se; quod quanta absurditate dicatur, quis non videt? Tunc enim creatura rationalis haberet bonum optimum & maximum à se sola; cum tamen dicat Iacobus, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum: sicque ratione beneficij accepti magis deberet diligere se quàm Deum; maius enim beneficium recipit à se sola. Nimis quoque irrationabile videretur, quod deberem facere omnia opera mea finaliter propter Deum, & ipse non esset vltimus finis meus, nec mihi tribueret vltimum finem meum, nec suæ clementiæ iustitiæ conueniret, quod facerem & paterer tot & tanta finaliter propter ipsum, & ipse non redderet mihi finalem mercedem, quæ est beatitudo, & fœlicitas sempiterna, sed ego mercedem eam mihi; cum & Apoc. vlt. ipsemet sic dicat, Ecce venio citò & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Huic autem & multa similia occurrunt sæpissime in Scriptura. Si etiam sola creatura rationalis faceret actum suum beatificum, hoc esset libere libertate contradictionis. Non enim necessitaretur à Deo, quia hoc esset per voluntatem suam, quæ per 10. primi, non posset esse non efficax; quare Deus efficeret illum actum, cuius oppositum ponitur, nec necessitaretur ab aliqua re creata, vt pertertium huius secundi. Si ergo sic libere facit beatificum actum suum, eadem ratione sic libere ipsum continuat: quare & similiter libere posset eum omnino dimittere, vel ad tempus; ergo non esset finaliter continuata, ergo nec beata. Beatitudinis namque finalis præclarissima potentia recusat secundum aliquem sic essendi. Vnde beatus Augustinus 13. de Trinitate, nouene de finali beatitudine ita dicit;

Augustinus

Apocalypsis.

Augustinus.

A dicit; Quicquid habebitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit; omne quod ibi erit, bonum erit, & summum bonum Deus ipse erit, & se amantibus præstò ibi erit, & quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit; Et idem ostendit 11. de Ciuit. Dei 13. Alitèrque beatus finaliter posset sic libere fieri miser, & esse; contra 15. huius secundi, & contra omnes Doctores Catholicos. Imò secundum istud videtur, quod Deus non posset beatitudinem immediatè conferre, nec sic beatificare quemcunque: Esse namque beatitudinis, est actum beatificum immediatè fieri à solo beato: ergo si fieret immediatè à Deo, iam non esset beatificus; quod est damnatum, & excommunicatum à Stephano Parisiensi Episcopo sub his verbis, quod fœlicitas non potest à Deo immediè immediatè. Item si quis accepta charitate seu gratia, posset per se producere bonum actum, posset semper discernere se ab alio, qui illam recepit similem gratiam, & actum similem non producit, posseque talis perseuerantèr bene volendo discernere se ab alio habente similem gratiam, sed casuro, sicut prædestinati à reprobis discernuntur, cuiusdem est contra illud Apostoli 1. ad Cor. 4. Quis enim te discernit? quasi diceret non tu, sed Deus, vt patet per expositiones Augustini superius allegatas capitulo proximo, & capit. 5. primi. Item si gratia gratis data à Deo solus homo efficiat bonum actum sine Deo propriè coagente, cum per 43. primi gratia iustificans præcedat naturaliter contritionem, posset peccator adultus secundum legem currentem, infusa sibi huiusmodi gratia, liberè contteri; ergo & non contteri; quare & iustificari sine contritione quacunque, & sine actu quo liberè voluntatis, quod est contra testimonia multa catholica eodem capitulo allegata. Item dicit Apostolus ad Ephes. 2. Gratia salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum est: non ex operibus, vt ne quis glorietur: Ipsius enim sumus factura creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambularemus; ergo Deus efficit propriè opera nostra bona. Non per 10. primi præparatio voluntatis diuinæ inefficax esse non potest. Et si quis fingat, vt prius, quod propterea dicit Apostolus nos esse Dei facturam creatam in bonis operibus, quia Deus fecit nos, & creauit in nobis bonos habitus, ex quibus nos soli bona opera facimus; quomodo ergo Apostolus per hanc suam doctrinam & huic similem in multis suis epistolis imputaret hominibus occasionem superbiendi, & materiam de propriis viribus præsumendi, ac de meritis propriis velut propriis gloriandi, eosque ad humilitatem & confidentiam in solo Deo, & ad gloriandum in ipso solo ex agnitione impotentiæ propriæ & diuini præsidij reuocaret? Hoc enim omnis inefficaciter faceret si sic esset: quod tamen Apostolus principaliter intendebat, vt satis insinuant eius verba, vt ne quis, inquit, glorietur. Et 1. ad Cor. 1. Non glorietur omnis caro in conspectu eius: Ex ipso enim estis vos in Christo Iesu, vt qui gloriatur in Domino glorietur. Et in infra eiusdem 4. Quid autem habes quod non accepisti; quid gloriaris quasi non acceperis? Et 2. ad Cor. 3. Talem fiduciam per Christum habemus ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: & ad Romanos 9. Non volentis nec currentis, sed miserentis est Dei.

B Et ad Phil. 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, seu alias operari pro bona voluntate, vbi Glossa. Cum metu, id est, cum humilitate, non superbe: & ideo timendus est, quia non vos, sed Deus operatur & pro bona voluntate, scilicet sua, non pro meritis vestris: Et sequitur, & est Augustini de bono perseuerantiæ 37. Nos ergo volumus, sed Deus operatur in nobis & velle; & nos operamur, sed Deus operatur in nobis & operari: Hoc nobis expedit & credere; & dicere, quia pium est & verum est, vt sit humilis confessio, & torum detur Deo. Idem de prædestinatione sanctorum 6. Hoc Apostoli testimonium ad reprimendam hominis inflationem dixit: Quid enim habes, quod non accepisti? Non fiuit quenquam fidelium dicere, habeo quod non accepi. Reprimitur omnino his Apostolicis verbis tota huius responsionis elatio, & ponit duas falsas responsiones, seu expositiones huius dicti: Prima est, quod hoc ideo dicitur, quia homo non habet ex se fidem perfectam; habet tamen eius initium quo primo credit in Christum.

E Sed hanc responsionem euacuat per hoc idem; & hic, inquit, respondetur, Quid habes, quod non accepisti? &c. Ergo eadem ratione sic potest per idem dictum euacuari responsio supradicta. Secunda est, quod hoc ideo potest dici de fide, quia homo accepit naturalia sua à Deo, ex quibus credit. Sed contra sic respondentes subiungit. Illud nihil ad id quod volunt valere intelligitur, si, cui hoc Apostolus dixerit, cogitet: Agebat enim ne quis gloriaretur in homine, quoniam dissentiones exortæ fuerant inter Corinthios Christianos, ita vt vnus quidem diceret, Ego autem sum Paulli, alius quidem, Ego Apollo, alius verò, Ego Cephæ: Et inde ventum est, vt diceret, Stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma, vt confundat fortia, & ignobilia & contemptibilia, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, euacuet, vt non glorietur coram eo omnis caro. Hic certè contra humanam superbiam satis clara

Apostolus.

Glossa.

Augustinus.

Augustinus.

Hæc.

clara Apostoli intentio, neq; homine omnino glorietur, ac per hoc, nec in seipso: Deniq; cum dixisset, Non glorietur omnis caro coram eo, vt ostenderet in qua debeat homo gloriari, mox addidit; Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu &c. vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur: & sequitur, Videtisne nihil agere Apostolum, nisi vt humilietur homo, & exaltetur Deus solus, quandoquidem in eis qui plantantur & rigantur, nec ipsum plantatorem & rigatorem dicit esse aliquid, sed qui incrementum dat, Deum, quamuis hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat, non ipsis sed Domino tribuat, dicens; vnicuique sicut dedit Dominus? Ego plantauit, Apollo rigauit. Hinc ergo in eadem intentione persistens, ad hoc venit vt diceret, Itaque nemo glorietur in homine. Idem de gratia & libero arbitrio 21. Apostolus, cum dixisset, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur, vidit, vtique putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera credentibus, sed eis fides sola sufficiat, & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda sibi sufficiant: mox itaque addidit, Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambularemus. Quid est hoc quod gratiam Dei commendans dixisset, Gratia salui facti estis per fidem? Et cur hoc dixerit rationem reddens, Ipsius enim sumus, inquit, figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis,? Quomodo ergo non ex operibus? ne forte quis extollatur. Sed audi & intellige, non ex operibus dictum tanquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tanquam his in quibus te Deus finxit, id est, formauit, & creauit, non illa creatione, qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui vtique iam homo erat; Cor mundum crea in me Deus. Aut ex Deo fingimur, id est formamur & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Idem Enchirid. 78. reddens causam quare dicit Apostolus ad Romanos 9. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, ita ait, Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento vniuersa faciens, atque vt ita dixerim, vultus sanctarum Scripturarum bene intuens, id admonere iniuitur, vt, qui gloriatur, in Domino glorietur. Et idem ostendit diffuse de bono perseuerantiæ multis capitulis versus finem. Vnde & cap. 69. dicit, hoc prædicari debere, vt qui obedienter hoc audit, non in homine, ac per hoc nec in seipso, sed in Domino glorietur. Idem de spiritu & litera 32. sed quia dici potest illa opera scilicet miraculosa esse diuina; iustè autem viuere, ad nostra opera pertinere; suscepi ostendere etiam hoc opus esse diuinum, & hoc egi in libro isto loquacius forsitte quam fat est, sed contra inimicos gratiæ Dei, etiam paruum mihi dixisse videor, nihilque tam multum dicere delectat, quam vbi mihi & Scriptura eius plurimum suffragatur, & illud agitur, vt qui gloriatur, in Domino glorietur; & in omnibus gratias agamus Domino Deo nostro sursum cor habentes: vnde a patre luminum omne datum optimum & omne donum perfectum est. Nam si ipsa est opus Dei, quia per nos non agitur, vel quia illo donante nos agimus, nec illud opus est Dei, vt mons transferatur in mare, quia per fidem hominum posse fieri Dominus dixit, & hoc ipsorum operi attribuit, dicens, Si habueritis in vobis fidem tanquam granum sinapis, dicetis huic monti, Tollere, & mittere in mare, fiet: & nihil impossibile erit vobis, certe vobis dixit non mihi aut patri; & tamen hoc nullo modo facit homo, nisi illo donante & operante. Et infra in fine; Aliquid ergo est in abdito & profundo iudiciorum Dei: vt etiam iustorum. Omne os obstruatur in laude sua, & non aperiatur nisi in laudem Dei, iuxta illud Apostoli ad Romanos 3. Omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo. Et infra, Vbi est gloriatio tua? exclusa est. Hoc idem sentit Doctor & martyr gloriosissimus Cyprianus, epistola sua 13. intitulata ad Quirinum, de disciplina Christianæ Religionis capitulo 4. cuius capituli iste est titulus; In nullo nobis gloriandum, quando nostrum nihil sit: quod probat per totum illud capitulum, & per illud Apostoli sæpe dictum, Quid habes quod non accepisti? &c. Et per multa alia loca Scripturæ. Et infra eiusdem 10. probat dilucide, quod in solo Domino fidendum, & in ipso gloriandum. Ex his autem manifeste videtur intentionem Apostoli in doctrina sua præuacta fuisse: ne dum bona naturalia, vel bonos habitus qualescunque propriè fieri & donari à Deo, sed etiam quoslibet bonos actus: vt sic omnis materia extollendi de aliquo præmissorum à cordibus hominum penitus extirpetur, ipsos ad veram humiliratem in omnibus reuocaret. quod tamen minus efficaciter faceret, si habitus tantum haberet à Deo, & actus à se solo, cum per 22. primi actus sint habitus meliores. Item si filius miles, acceptis à patre naturalibus, ordine atque armis strenue militaret, sicque forsitan in superbia erigeretur in statu, quomodo in ipso eradicaretur superbia, & plantaretur humilitas, iret ad aliquo diceretur, Non glorietur omnis miles in conspectu patris sui; Ex ipso enim est in militia, vt qui gloriatur, in patre suo glorietur &, Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? & reliqua

Augustinus.

Augustinus.

Cyprianus.

liqua superius memorata: Posset enim rationabiliter respondere dicendo, quare non deberem de mea militia gloriari? Accepi quidem à patre meo naturalia mea, quia nullus generat semetipsum; accepi & ordinem, quia nulli conceditur insignire tali ordine semetipsum; accepi & arma, quia similiter & cæteri militum non nascebar armatus, nec sum faber armorum, debitum tamen vsum istorum, qui omnibus præuales, non accepi ab alio, sed habeo ex meipso; actus strenuos militares non accepi ab alio, sed habeo ex meipso; crebras victorias fama celebri diuulgatas non accepi ab alio, sed habeo ex meipso: pro huiusmodi igitur in meipso merito gloriabor, in alio autem nihil; sic & de quolibet milite Iesu Christi.

CAP. XXIV.

Corrigit tertiam.

Tertia verò fatuitas præmissarum potest refelli similiter vt præmissæ. Item si voluntas creata non potest per se subsistere, sed necessariò indiget, vt Deus eam in esse conseruet, multo minus potest actus eius per se aut per solam voluntatem creatam subsistere, sed necessariò indiget conseruatione diuina, quare & multò magis comproductione seu coactione diuina: Si enim voluntas creata non potest sine Deo seruare in esse actum suum iam in esse productum, quod est minus, nec potest sine eo actum quenquam in esse producere, quod est maius, vt sæpius est argutum. Ratio verò pro hac opinione adducta superius tantum probat, quod Deus ideò dicitur quodammodo transumptiuè efficere actum voluntatis creatæ, quia conseruat voluntatem creatam; sed non probat, quin efficiat etiam propriè quemlibet talem actum.

CAP. XXV.

Quartam corrigit.

Adhuc autem quarta falsigraphia præmissa potest destrui vt priores. Hæc quoque fuit specialiter glossa Pelagij, sicut patet ex 21. huius. Item tunc Deus æqualiter faceret siue daret bene operanti circa quodcunq; obiectum & non operanti, vel male operanti circa simile obiectum sibi similiter præsentatum: quare & ipsi tenerentur æqualiter gratias agere Domino Deo suo; sicut potest haberi ex 31. primi; sicque Lucifer, & Michael, Chain, & Abel, Linus & Petrus, imperfectus quilibet & perfectus, ad Dei dilectionem & gratiarum actionem æqualiter tenerentur, quod nullus gratus catholicus, aut vix ingratus hæreticus affirmare præsumet. Primum argumentum hanc volens ostendere soluitur, vt præcedens pro opinione proxima præcedente. Autoritas etiam Augustini satis testatur, quod ille est vnus modus causandi, seu faciendi actum voluntatis, scilicet præsentare voluntati obiectum; sed non dicit quod Deus nullo alio modo efficit actum voluntatis creatæ; nec loquitur ibi vniuersaliter de quocunque actu voluntatis creatæ, sed ll *tantum* de malo, & illius negat Dominum esse Autorem, quod potest intelligi quantum ad deformitatem actus, non quantum ad eius substantiam, sicut vult ipsemet Augustinus de gratia & libero arbitrio 48. vbi inter multa testimonia sacræ Scripturæ, etiam per hunc eundem locum Psalmi ostendit Deum operari in cordibus hominum omnem actum voluntatis bonum & malum iudicio suo occulto, sed iusto, sicut vicesimum huius secundi plenius allegauit. Hoc idem volunt Esaias, Anselmus, & articulus Parisiensis cum allegatis ca. 20. 19. & 18. huius 2. 26. & 34. 1. Aliter autē potest istud conuenienter intelligi, quod Deus non conuertit cor Aegyptiorū, vt odirent populū eius, id est, non sic conuertit vt cogeret eos pro vt ipsi essent excusabiles, vel vt ipse esset accusabilis de peccato, cum alijs intellectibus Autoritatum similium 34. primi plenius declaratis. Vnde & Augustinus de Gratia & libero arbitrio 48. ostensio per hunc locum Psalmi cum alijs locis Scripturæ, quod Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit; siue ad bona, siue ad mala, quia hoc minus videtur de malis, posseque ex hoc forsitan videri cuipiam, quod Deus esset iniquus; ostendit quod Deus hoc facit pro meritis hominum iudicio

Augustinus

tantum-modo.

Augustinus.

cio suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto: Fixum enim, inquit, debet esse & immobile in corde vestro, quia non est iniquitas apud Deum. Ac per hoc, quando legitis in libris veritatis à Deo seduci homines aut obtundi, aut obdurari corda eorum, nolite dubitare præcessisse mala merita eorum, vt iustè ista paterentur, ne incurratis in illud Prouerbium Salomonis, Insipientia viri violat vias eius, Deum autem causatur in corde suo. A

CAP. XXVI.

Quintam corrigit.

Vinto verò subterfugio præcludetur faciliter omnis via per eadem, quæ ambages cæteras præclusserunt. Item istud plenè obstruitur per 33. primi libri. Item omnis malus actus voluntatis secundum substantiam actus & non secundum deformitatem eius fit à Deo, vt satis docetur 26. primi, & 18. 19. & 20. huius secundi, quod non potest intelligi de factione tantummodo permissiua, quia sic efficit deformitatem quamlibet cuiuscunque: intelligitur ergo de factione propriè & realiter effectiua. Item dicere Deum tradere homines in peccata, quæ etiam sunt pœnæ præcedentium peccatorum tantummodo permissiuè, fuit error Iuliani hæretici Pelagiani, quem diffusè redarguit Augustinus 5. contra Iulianum, sicut 34. primi plenius allegauit. Ad illas verò Autoritates, quæ istam opinionem probare videntur, potest breuiter responderi, Quod bene probant, quod permissio est vnus modus transumptiuus & improprius faciendi; sed non probant quod Deus tantum sic impropriè, & nullo modo propriè efficit actus liberos voluntatis: cur autem Deus dicatur quosdam actus voluntarios facere, quosdam verò permittere, cum tamen omnes propriè faciat, satis indicant 33. & 34. primi. Pro illa verò multiplici voluntate diuina, quam ponunt Hugo & Lumbardus, sciendum quod vna res simplex quandoque nominum multiplicitatem admittit, vt patet de Deo, sicut tertium primi allegauit ab Aristotele in De mundo. Multiplicitas verò nominationum est duplex: Aut enim multa nomina eandem rem significant, aut idem nomen multas res, & hæc prima adhuc est duplex, aut enim multa nomina eandem rem significantia significant illam omni eodem modo, & eadem ratione, & tunc sunt synonoma; de quibus dicit Auerroes super 1. Physicorum primo, Quod nomina synonoma non vsitantur in doctrina demonstratiua; & idem vult super 12. Metaphysicorum 39. Aut significant illam diuerso modo, & ratione diuersa; & tunc secundum Auerroem eodem 39. possunt vocari nomina dispositiua, eo quod se habent, sicut dispositio & dispositum, aut nomina attributalia, sicut Theologis magis placet, cuiusmodi sunt potentia, clementia, sapientia, & similia dicta de Deo. Si autem idem nomen multas res significet, hoc potest esse dupliciter: Aut enim hoc est æque primo mediantibus diuersis modis & rationibus non relatis ad aliquod idem commune, & talia sunt æquiuoca, vt patet expresse per Philosophum in principio Prædicamentorum; & 4. Metaphys. 2. innuit illud idem, & de talibus nulla ars considerat, vt patet ibi per Auerroem: Aut hoc est non æque primo, nec modo aut rationibus omnino diuersis, sed primo & principaliter significat aliquid vnum vno modo, & vna ratione principali & prima; ex consequenti verò, denominatiue & transumptiue significat alia alijs modis & rationibus, non tamen penitus alijs, sed relatis ad primum; & talia dicuntur denominatiua, vt patet per Philosophum in principio Prædicamentorum, seu principale & sumptum, vt patet per eundem in Topic. & Auerroem super 12. Metaphys. 39. & sunt media inter æquiuoca & vniuoca, vt dicit Auerroes super 4. Metaphys. 2. cuiusmodi nomina sunt ens vnum & similia quæ in scientijs vsitantur, vt patet 4. Metaphysicorum 2. & 5. Metaphys. quasi per totum. Vnde & Auerroes super 5. Metaphys. 1. sic ait; Intendit in hoc tractatu distinguere significationes nominum considerandas in hac scientia; & omnia ista nomina dicuntur secundum relationem ad vnum cum diuersis modis; & ideo expositio istorum nominum, est pars istius scientiæ per se, quare & tota continentia huius quinti est ista; scire quot modis nomen quodlibet dicitur; & quare, & quod est primum ad quod cætera referuntur, & quis sit ordo illorum ad inuicem, & ad primum, sicut tota eius series manifestat. Philosophus quoque 4. Metaphys. 2. sic ait; Ens autem multis modis dicitur, sed ad vnum, & vnam aliquam naturam, & non æquiuoce, sed quemadmodum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in conseruatione, illud verò in actione, aliudque est signum sanitatis, hoc quia illius est susceptibile: vbi dicit Auerroes, quod hæc

B

C

D

E

Auerroes.

Philosophus.

A hæc omnia attribuuntur eidem tanquam eidem fini; & infra distinguens tres modos quibus aliqua attribuuntur eidem, sic ait: Intendebat per hoc declarare, quod ea quæ attribuuntur eidem fini, vt salubria ad sanitatem, aut eidem agenti, vt medicinalia, seu medicamentalia, aut eidem subiecto, sicut nouem prædicamenta substantiæ; Prætermittit autem quartum modum, quo scilicet aliqua attribuuntur eidem formæ. Nam secundum quodlibet genus causæ fit huiusmodi attributio transumptiua. Prætermisit similiter conuersiones horum 4. modorum dictorum, quia non solum causata attribuuntur suis causis, sed & causæ causatis. Nec solum fit huiusmodi transumptio secundum aliquod genus causæ propriè dictæ, sed etiam secundum quamcunque connexionem, propinquitatem, comparationem, seu similitudinem qualemcunque; non autem secundum contrarietatem aut impertinentiam vllo modo. Omnis namq; transumptio notificat vnum per aliud, vel aliquam pertinentiam aut similitudinem inter illa. Vnde Philosophus 6. Topicorum sic ait; Translatio facit notum quodammodo, quod signatum est per similitudinem: Omnes enim transferentes, secundum aliquam similitudinem transferunt. Quapropter & ille floridus Tullius, vir nouæ suæ Rhetoricæ, agens de coloribus Rhetoricis, quosdam alios modos attributionum huiusmodi exprimit, & innuit multo plures: Huiusmodi enim attributio, siue transumptio est quidam color Rhetoricus, quem 33. ibi ponit, quem & denominationem appellat, quam etiam sic definit; Denominatio est quæ à rebus propinquis & finitimis contrahit orationem, qua possit intelligi res quæ non suo vocabulo sit appellata, quam dicit aliquoties confici ab inuentore ad inuentum, aliquoties è contra: vt si quis Tarpeium Capitolinum aut capitolium nominet, aut Liberum vinum, aut Cererem frugem, vel è contra. Aliquoties verò Dominus vtens aliquo instrumento denominatur ab illo, imò & nominatur nomine instrumenti, vt Macedones sarissæ, velut si Anglici dicerentur arcus & sagittæ. Aliquando autem factum à faciente, vt si quis bellum Martem vocet: aliquando verò è contra, vt si quis desidiosam artem dicat, quia desidiosos facit, & frigus pigrum, quia pigros efficit. Aliquando autem fit talis denominatio contenti à continente, aliquando verò è contra. Hic autem color est vna figura grammaticæ sub tropo contenta, quæ à Beda, Donato, Isidoro, Hugone, & Grammaticis cæteris Metaonomia, seu Methaomia vocatur, quod denominatio, seu transnominatio dicitur, qui & exprimunt hos prædictos & quosdam alios eius modos. Tullius autem reliquas diuisiones denominationum huiusmodi relinquit consuetudini oratorum, oratorum, & quotidiani sermonis: & bene, quia quælibet scientia, lingua & patria in loquutionibus talibus, proprijs modis, tropis, figuris, coloribus & schematibus suis gaudet. Hæc autem ideo parum latius quàm propositum exigat, prosequebar; quia sacra Scriptura copiosissimè talibus est respersa, nec istis incognitis potest ipsa cognosci: Hæc enim sensum eius obscurum clarificant, implicitum explicant, certificant dubium, & reserant sensum clausum, prout nullus sciens figuras grammaticæ, & colores Rhetoricæ, ipsamque considerans, permittitur ignorare, sicut & Augustinus libro 10. quutionum, & 4. de doctrina Christiana, Beda, Cassiodorus, & cæteri patres in diuersis suis operibus plenius docuerunt. Vnde & omnes penè distinctiones nominum sacræ Scripturæ, quas faciunt Mauricius, Nicolaus, & alij, non sunt distinctiones purè æquiuocorum in sua æquiuocata, sed potius denominatiuorum in sua denominata, siue transumptiuorum in ea ad quæ sunt transumpta. Quare & omnes istæ distinctiones reducuntur ad secundum modum quæ sunt transumpta. Quare & omnes istæ distinctiones reducuntur ad secundum modum æquiuocationis, de quo dicit Philosophus 1. Elenchorum; Alius autem transumptiue siue ex transumptione, quando soliti sumus sic dicere. Harum autem distinctionum hæc est perfecta scientia, scire quot modis quodlibet nomen dicitur, quod sit significatum eius primarium, quæ ratio transumptionis ad cætera, quis ordo cæterorum in illo ordine ad inuicem & ad primum, sicut de distinctionibus nominum 5. Metaphys. Aristotelis superius dicebatur. Hæc ergo ad propositum applicando, dico quod voluntas diuina, sicut & angelica & humana, primo & principaliter accipitur pro instrumento volendi, siue pro potentia volitiua: secundo accipitur pro habitu huius voluntatis, cuiusmodi est charitas, quia ipse similiter est quodammodo instrumentum volendi, & quædam potentia volitiua, eo quod simul cum ipsa coefficit actum suum, vt quadragesimum primi docet; tertio pro actu proprio & intrinseco voluntatis primo modo dictæ, scilicet pro ipsa volutione, eo quod ab ipsa efficitur. Hæ autem tres voluntates in creaturis realiter distinguuntur; in Deo autem sunt vnum & idem realiter sua simplicissima essentia Deus ipse. Quarto loco accipitur diuina voluntas pro operatione eius extrinseca, eo quod fit à tribus prioribus, vel à prima per duas sequentes. Vnde Propheta Psalmo 110. Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius; Cum enim sit tantum vna voluntas in Domino, in omnes inquit voluntates eius, id est, in omnes effectus voluntatis illius, sicut & Deus ipse secundum Philosophum in De mundo 12. cum sit vnus, multinominus

tribus modis.

B

Tullius.

C

D

E

Propheta.

Philosophus.

minus est, nominatus ab omnibus passionibus quas innouat ipse; & hoc tam in abstracto, quam in concreto: Dicitur enim nedum fulmineus, pluuialis, tonitualis & huiusmodi, verum & indefessi ignis motus, radix ponti, sol, & luna, vt tertium primi plenius recitauit: sic & lingua, tam in sacra Scriptura, quàm in creberrimo modo loquendi accipitur pro sermone formato per linguam: sic etiam manus accipitur pro Scriptura. Et hæc exempla ponit Augustinus ad eandem conclusionem 3. de libero arbitrio, 30. & 14. contra Faustum, 2. & idem vult in ij *quæstionibus* Orosij 18. exponens illud 1. ad Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt; id est opera carnis & sanguinis: & super illud Psalmi 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum: Et infra; Libera me de sanguinibus, vult hoc idem: Hæc enim omnia attribuuntur eidem agenti, vt Auerroes dixit supra. Quinto accipitur diuina voluntas pro eius signo: Signum enim & signatum sæpius correspondent. Sic secundum Philosophum superius allegatum vrina dicitur salubris vel sana, quia signum; sicque nomen & verbum in sacra Scriptura frequenter accipitur pro re significata per nomen & verbum; Vnde Psalmus 39. Beatus vir cuius est nomen Domini [eius] spes eius. Et Parab. 18. Turris fortissima nomen Domini. Ier. 29. Suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. Et Amos 3. Non faciet Dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas: verbum inquit, id est, rem significatam per verbum. Et Matth. 7. Qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti. Et infra 24. Verba autem mea non transibunt. Sicque Christus dicitur serpens & aries, quia signatus per serpentem Mosis, Num. 21. & per arietem Abrahæ, Genes. 22. Sic & Dan. 7. dicitur, Hæ bestiæ magnę quatuor, quatuor regna sunt, quæ consurgent de terra. Et infra eiusdem 8. Aries, quem vidisti habere cornua, Rex Medorum est atque Persarum; porro hircus caprarum Rex Græcorum est, & cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus &c. similia. Hæc autem dicebantur propterea esse illa, quia fuerunt signa illorum. Signorum autem, vt dicit Philosophus 2. Priorum penult. quoddam est *Ices*, & quoddam prodigium: Prodigium autem, vt dicit, est signum demonstratiuum & necessarium, quod ideo scire facit; Dicitur enim prodigium quasi pro digito habitum. Tale autem signum diuinæ voluntatis est duplex, scilicet eius operatio exterior: voluntas eius quarto modo dicta: Nam necessario sequitur, si Deus aliquid operetur extrinsecus, quod hoc velit, sicut 8. & 9. capitula primi docent. Permissio quoque Dei est huiusmodi signum demonstratiuum voluntatis illius, sicut 33. primi probat: Istud tamen signum non est ita euidens sicut primum. Primum enim est euidens omnibus, & in omnibus operibus liberis nedum Dei, sed & creaturæ cuiuslibet libere operantis; secundum autem non est euidens omnibus: Rationalis etiam creatura multa permittit fieri quæ non proprie vult nec facit; Deus autem non sic propter actualitatem suæ voluntatis infinitissime infinitam, sicut 22. primi docebat, & quia nulla creatura potest aliquid facere sine ipso coagente; quare & volente, sicut 2. 3. & 4. 8. & 9. primi satis ostendunt. Permissio itaque generaliter sumpta est superior ad velle & agere propriè. Quicunque namque voluntaris quicquam agit, permittit, & non è contra vniuersaliter, quia non in creaturis, licet in Deo propter causas prædictas; Icos vero, vt dicit, est signum probabile: Quod enim vt in pluribus inquit, sciunt sic factum vel non factum, aut esse vel non esse, hoc est icos. Tale autem signum voluntatis tam increatæ quam creatę est triplex: scilicet præceptum, prohibitio, & consilium: Quodlibet enim istorum est signum volutionis in quolibet qui hoc facit; non tamen demonstratiuum, sed probabile, & ideo potest fallere, & fallit quandoque. Vnde & Deus ipse præcepit Abrahæ filium immolare; nec tamen hoc voluit, vt patet Gen. 22. & per 10. primi libri: nec potest quis fingere quod primo hoc voluit, & postea noluit propter immutabilitatem voluntatis diuinæ 25. primi probatam. Prohibuit etiam duobus cæcis illuminatis, ne quis scire, Matth. 9. & leproso mundato, ne cuiquam diceret, Marc. 1. nec tamen hoc voluit, quia ipsi faciendo contrarium non peccabant, vt patet ibi per omnes catholicos expositores, dicentes dictos curatos dicta miracula diffamantes ideo non peccasse, quia intellexerunt Deum non ideo prohibuisse, quin vellet sua opera prædicari, sed vt hominibus daret formam, laudem hominum declinare. Consuluit etiam adolescenti vt venderet quæ habebat, & ipsum veniens sequeretur, Matth. 19. nec tamen hoc voluit, cum hoc non fecerit adolescens, vt patet per Matthæum adiuncto decimo primi libri. Quod autem ista tria signa sunt probabilia, fallacia *tamen* respectu voluntatis creatæ, nullus ignorat. Est & quarta species huius signi, scilicet icotis, respectu voluntatis creatæ, scilicet permissio: Est enim signum probabile quod creatura rationalis sciens quempiam facere quippiam, & permittens cum possit libere impedire, hoc velit; veritatamen sæpe fallit. Ex his igitur satis patet quod permissio, & cætera signa voluntatis diuinæ, licet dicantur improprie modo prædicto Dei voluntas, non sunt tamen increata & intrinseca

A

B

C

D

E

Psalmus. Parab. Ieremias. Amos. Matth. Numeri. Gen. Daniel.

|| conclusionibus.

|| tum

A trinseca eius voluntas, sed sunt signa creata illius: & hæc est sententia Hugonis & Lumbardi in locis superius memoratis. Hæc autem signa creata non propriè & sufficienter coefficiunt actum voluntatis creatæ, sicut nec alicuius alterius creaturæ, sed præter illa necessariò requiritur Deus ipse qui per se propriè coefficiat illum actum, sicut 3. & 4. primi, & 20. secundi docebant; & hoc per suam voluntatem & volutionem sibi intrinsecam, increatam, vt patet per 8. & 9. primi, & per corollarium 20. huius secundi. Quare & vbique, cum dico simpliciter voluntas Dei, intelligo eius volutionem actualem, actum scilicet & proprium, & intrinsecum voluntatis ipsius primo modo acceptę.

CAP. XXVII.

Sextam corrigit.

B

Vltima verò cauillatio prædictarum destruetur faciliter, per quæ priores aliæ sunt destructæ. Item omnis actus malus secundum substantiam actus essentialiter est aliquid, sicut bonus: Actus enim fornicationis non minus est aliquid, quam actus licitus coniugalis, sicut euidenter ostendunt argumenta per se loquentia, & gradientia super terram. Vnde & Anselmus de casu Diaboli 8. ostendens eandem conclusionem, sic ait; Denique bona voluntas non magis est aliquid, quàm mala voluntas: Nec enim magis est aliquid voluntas quæ vult dare misericorditer, quàm illa quæ vult rapere violenter. Omnis ergo actus malus secundum substantiam actus æqualiter efficitur sicut bonus, quare, & æqualiter habet causam efficientem, quæ necessariò coefficientia Dei eget. Deus ergo vere & proprie efficit quemlibet actum malum, secundum substantiam seu essentiam puram actus, sicut 20. & 25. huius secundi plenius suadebant. Item Williamus Altissiodorensis super 2. sentent. quærit vtrum mala actio fiat à Deo operante & cooperante, & recitat tres opiniones; quarum Prima dicit quod omnis actio mala est tantum ab homine, vel à Diabolo: Secunda ponit, quod omnis actio mala est à Deo, eo quod solummodo Deus dat potentiam ad illam exercendam; Tertia verò tenet, quod omnis actio mala, in quantum actio est, bona est, & à Deo; quam & reprobatis alijs ipse tenet, sicut vicesimum huius secundi plenius allegauit. Autoritas vero Geneseos in contrarium allegata, non vult, quod cuncta quæ Deus fecerat, erant valde bona moraliter. Quomodo namque inanimata, * vel irrationalia erant bona moraliter, cum non sint capacia bonitatis moralis? Cuncta tamen quæ Deus fecerat, erant naturaliter valde bona, sic sunt & actus mali quantum ad suam substantiam siue essentiam quam facit Deus, non quantum ad malitiam, quæ per 26. primi nihil est, & ideo nec facta proprie ab homine, nec à Deo; improprie tantum ab homine. Ad primam autoritatem Augustini respondet 25. huius: ad secundam verò & alias tales potest responderi per idem, & per tricesimum quartum primi.

C

D

Anselmus.

Altissiodorensis.

* vel incapacia.

CAP. XXVIII.

Objicit contra vicesimum & respondet.

E

Obijcitur etiam contra capitulum vicesimum isto modo. Si Deus necessariò requiratur ad agendum propriè quemlibet actum voluntatis creatæ, cum Deum agere non sit in potestate voluntatis creatæ, nullus actus esset in potestate illius, ergo nec liber, nec ipsa esset Domina suorum actuum liberorum: cum tamen dicat Philosophus 3. Eth. 13. quod [nostratum] operationum à principio vsque ad finem domini sumus, & sententiam similem alibi multis locis. Et hoc idem in prima institutione hominum videtur etiam Dominus attestari: Nam Geneseos quarto legitur Dominum dixisse ad Cain, Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim peccatum tuum in foribus aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Item si homo non posset solis proprijs viribus perficere suos actus, irrationabile videretur quicquam sibi præcipere vel etiam prohibere, quia non esset in sua libera potestate sic facere vel vitare. Vnde Ecclesiastici 15. scribitur, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata & præcepta; Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum

Ecclesiast.

perpetuum fide placijs facere. Apposuit tibi aquam & ignē; ad quod voluerīs, porrige manū tuam. Ante hominē vita & mors, bonū & malū, quod placuerit ei, dabitur illi. Item si Deus faceret hominis actū malū, iniustè puniret pro illo, quia si Deus eum facit, facit eum voluntate diuina, cui non potest homo resistere, vt 10. primi docet. Item si Deus voluntate sua faciat malum actum, vult & diligit illum actum; imò & vult illū voluntate beneplaciti: Illa namque est voluntas sua essentialis & intrinseca, per quam facit quicquid facit exterius, vt patet per præmissa: Malum ergo bene placet Deo; ergo non iustè punit pro illo. Et 3. Regum 11. scribitur, Fecitque Solomon quod non placuerat coram Domino, scilicet mulieres alienigenas, adamando, idolaque colendo. Et ad Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Et ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Item multæ sunt volutiones & bonæ & malæ, quæ nunquam implentur. Si ergo Deus has volendo causaret, faceret & vellet volutionem fieri in aliquod volutum, quam nollet effectuari, imò vellet non effectuari, vt per 10. & 23. cum 22. primi potest faciliter apparere; cuare & vellet & faceret eam frustra. Item Augustinus de Spiritu & litera 27. Apostolus dicit, Non est potestas nisi à Deo: Nusquam autem legimus in Scripturis sanctis; Non est voluntas nisi à Deo, & recte non scriptum est, quia verum non est. Idem 5. de Ciuit. Dei 8. A Deo sunt omnes potestates, quamuis ab illo non sunt omnium voluntates. Idem in sententijs Prosperi propositione 288. Nocendi cupiditas potest esse à suo cuique animo prauo: non est autem potestas nisi à Deo. Idem 12. Confess. 11. Dixisti mihi Domine in aure interiore voce forti, quod omnes naturas & substantias quæ non sunt quod tu es, & tamen sunt, tu fecisti, & hoc solum à te non est, quod non est; motusque voluntatis à te qui es ad id quod minus est, quia talis motus delictum atq; peccatum est. Et idem probat diffuse 2. de libero arbitrio vlt. Idem 5. contra Iulianum 6. Deus non facit voluntates malas, sed vtitur eis vt voluerit, cùm aliquid iniquè velle non possit. Idem Hypognost. 55. Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quod ad Deum pertinet, sine Deo aut inchoare, aut certe peragere, sed tantum in operibus vitæ præsentis tam bonis quam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle bibere, velle manducare, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, vel quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt, imò ex ipso, & per ipsum sunt, & esse cæperunt. Malis verò, id est, velle idolum colere, blasphemare & similia. Item Iohannes Damascenus in sententijs suis, 39. prætitulato de eo quod est in nobis, id est, de libero arbitrio, enumeratis sex causis effectiuis, sic ait; Cui igitur horum subijcimus quæ per homines sunt, si equidem homo non est causa & principium actuum? Non enim Deo fas est inscribere quandoque actus turpes & iniustos, nec necessitati: non enim eorum quæ semper similiter se habent, sunt; Nec fortunæ; non enim contingentium, sed necessariorum quæ fortunæ || *dominantur*: Nec naturæ; naturæ enim opera sunt animalia & plantæ: Nec euentui; nec enim rari & inopinabiles sunt hominum actus: Nec casui; Inanimatorum enim dicunt, vel irrationabilium symptomata casus. Relinquitur igitur vtique ipsum agentem & facientem hominem principium esse propriarum operationum & arbitrio liberum. Et ad eandem conclusionem statim subiungit aliam rationem; Amplius, inquiens, si nullius est principium actus homo, superfluè habet consiliarium: ad quid enim vtetur consilio nullius ens Dominus actus? Omne enim consilium actus gratia. Quod autem optimum est & pretiosissimum eorum quæ in homine, superfluum enuntiare, inconuenientissimorum vtique erit; & capitulo sequenti rubricato, de his quæ non sunt in nobis; Eorum, inquit, quæ non in nobis, hęc quidem ex his quæ in nobis, habent principia, scilicet causas, hoc est rerum rationes actuum nostrorum, & in præsenti, & in futuro sæculo, reliqua verò omnia à diuina voluntate dependentes; ergo secundum eum, actus nostri non dependent à voluntate diuina, ergo nec à Deo. Item Ammonius super 1. de hermenias vlt. vtuntur autem nobis Dij tanquam || *autolomicis*, id est, à nobis ipsis mobilibus; & hoc modo ea quæ circa nos sunt gubernant, & omnia nobis nostramet dignitate distribuunt. Ad primum istorum ad præsens sufficiat responsio talis breuis; In rerum temporalium & spiritualium administratione videmus quod respectu eiusdem sunt plures potestates, & plura dominia secundum superius & inferius ordinata: vnde & in quibusdam partibus Maiores seu Præpositi Ciuitatum potestates dicuntur, qui tamen imperatori superiori imperatorię scilicet, per omnia sunt subiecti; sicut & quidem ordo medius Angelorum, qui Potestates similiter nuncupantur, potestati diuinæ, & quidem alius medius aliorum qui dominationes dicuntur, dominationi diuinæ; Quare & ille Centurio rectè dixit, Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, Mat. 8.

Regum. Apostolus. Augustinus. Prosper. Augustinus. Augustinus. Damascen. || dicuntur: || automatis, Responsio. Ammonius. Matth.

A Quare nulli dubium debet esse, quin licet voluntas creata habeat potestatem & dominium sui actus, per hoc tamen non excluditur superior potestas, & dominans; scilicet ipse Deus à superiori potestate, dominio, & efficientia respectu eiusdem. Vnde & sanctus Thomas in libro suo de potentia Dei, quæstione 20. qua quæritur, Vtrum Deus operetur in omni operatione naturæ, arguit isto modo; Voluntas est Domina sui actus: hoc autem non esset, si agere non posset, nisi Deo in ipsa operante, cum voluntas nostra non sit domina diuinæ operationis: ergo Deus non operatur in voluntate nostra operante. Et respondet hoc modo; Dicendum, quod voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem causæ primæ, sed causa prima non ita agit in voluntate, vt eam de necessitate ad vnum determinet, sicut determinat naturam, & ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis & voluntatis. Cui & concorditer exponit Glossa illud Geneseos 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, sic dicens; Non super te, quia liberi arbitrij es, in potestate tua, quia liberi arbitrij es. Secundum argumentum nullum debet mouere, qui Pelagio hæretico noluerit adhærere: Nam sicut recitat Augustinus de hæresibus 88. & Petrus 2. sentent. dist. 28. & Isidorus 8. Eth. 14. & Canon 24. quæstione vlt. Quidam autem; Hæresis sua fuit, quod homo solus liberi arbitrij viribus posset implere Dei mandata; quam & per istud idem argumentum astruere nitebatur. Vnde & Augustinus de gratia & libero arbitrio 35. dicit, Magnum aliquid se scire Pelagiani putant, quando dicunt, non iuberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua quæ non possumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus: Ipsa est enim fides quæ orando impetrat, quod lex imperat. Denique ipse qui dixit, Si volueris, conseruabis mandata, in eodem libro Ecclesiastico aliquanto post dicit; Quis dabit in ore meo custodiam, & super labia mea signaculum astutum, ne sortè cadam ab eo, & lingua mea perdat me? Iam certè mandata acceperat, Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Cum ergo verum sit quod dixit, Si volueris, conseruabis mandata, quare quærit in ore suo dari custodiam, similis ei qui dicit in Psalmo, Pone Domine custodiam ori meo? Non ei sufficit mandatum Dei & voluntas sua, quandoquidem si voluerit conseruabit mandata? Quam multa mandata Dei sunt contra superbiam? Nouit ea, si voluerit, conseruabit ea. Quare ergo paulo post dicit, Domine Pater & Deus vitæ meæ, clationem oculorum ne dederis mihi. Iam dixerat ei lex, Non concupisces: velit ergo & faciat quod iubetur, quoniam si voluerit conseruabit mandata; quare sequitur, & dicit, Concupiscentiam auerte à me. Contra luxuriam Deus quam multa mandauit? Faciat ea, quia si voluerit conseruabit mandata. Quid est, quod clamat ad eum ventris appetitio & concubitus ne apprehendat me? Si hęc ei in præsenti diceremus, rectissime nobis responderet & diceret; Ex ista oratione mea, qua hæc à Deo peto, intelligite quomodo dixerim, Si volueris conseruabis mandata: Certum est enim nos mandata seruare, si volumus, sed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, vt tantum velimus, quantum sufficit, vt volende faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est quod paulo antè posui, quod præparatur voluntas à Domino, de quo dictum est, A Domino gressus hominis dirigetur, & viam eius volet: Deus est enim qui operatur in nobis & velle. Certum est enim nos facere cum facimus, sed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dicit, Faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Idem de Correptione & gratia 7. docet idem. Petrus etiam 2. sentent. dist. 28. istud argumentum Pelagianum recitat & refellit. Iulianus quoque Pelagij discipulus & sectator in epistola sua ad Demetriadem, de qua 35. primi fit mentio, innuit simile argumentum, Ascribimus, inquiens, iniquitatem iusto, dum eum aliquid impossibile præcepisse conquerimur. Hoc autem argumentum velut hæreticum cum alijs sex hęresibus recitat venerabilis Beda contra Iulianum 12. ex epistola supradicta; Et infra 18. sic respondet, Quod dicit Dominum non impossibile aliquid præcepisse, qui iustus est, verum profectò dicit, si ad eius respicit auxilium, cui catholica vox supplicat, dicens; Deduc me in semita mandatorum tuorum. Si verò viribus animi sui fidit, refellit eiusdem iusti veridicam sententiam, qua dicit, Sine me nihil potestis facere. Item de perfectione iustitiæ 7. recitat Augustinus tale argumentum Cœlestij Pelagiani; quærendum est vtrumne præceptum sit homini sine peccato esse: Aut enim non potest, & præceptum non est, aut quia præceptum est, potest; Nam cur præciperetur quod fieri omnino non posset? Et sequitur responsio Augustini, responderur, consultissimè homini præcipi, vt rectis passibus ambulet, vt cum se non posse prospexerit, medicinam requirat, quæ interioris hominis ad sanandam peccati claudicationem gratia Dei est per Iesum Christum Dominum nostrum. Idem de prædestinatione sanctorum 13. Cum dicitur, inquiunt, scilicet Pelagiani, Si credideris saluus eris; vnum horum exigitur, alterum offertur,

B

C

D

E

Thomas. Augustinus. Beda. Augustinus. Augustinus.

fertur. Quod exigitur, in hominum, quod offertur, in Dei est potestate. Quos redargui- A
subiungendo; Cur non vtrumque in Dei & quod iubetur, & quod offertur? Rogatur enim
vt detur quod iubet, rogant credentes vt sibi fides augeatur, rogant pro non credentibus vt
eis donetur fides. Et in suis igitur incrementis, & in suis initijs donum Dei est fides. Sic au-
tem dicitur, Si credideris saluus eris; quemadmodum dicitur, Si spiritu facta carnis mortifica-
ueritis, viueris: Nam & hic ex duobus vnum exigitur, alterum offertur. Si spiritu, inquit,
facta carnis mortificaueritis, viueris. Vt ergo spiritu facta carnis mortificemus, exigitur; vt
autem viuamus, offertur. Nunquid igitur placet, vt facta carnis mortificare non donum Dei
esse dicamus, quoniam exigitur à nobis, præmio vitæ, si hoc fecerimus, oblato? Absit, hoc vt
placeat participibus, defensoribus gratiæ: Pelagianorum est iste error damnabilis, quorum
mox Apostolus ora obstruxit, adiungens; Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt
Dei, ne facta mortificare nos carnis non per Dei, sed per nostrum spiritum crederemus: de quo
spiritu Dei etiam ibi loquebatur, vbi ait, Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiri- B
tus, diuidens propria vnicuique sicut vult, inter quæ omnia nominauit & fidem. Sicut ergò
quamuis Dei donum sit facta carnis mortificare, exigitur tamen à nobis proposito præmio vi-
tæ: Ideo Dei donum est & fides, quamuis & ipsa cum dicitur, Si credideris saluus eris, propo-
Augustinus. sito præmio salutis, exigatur à nobis. Idem de sancta virginitate 17. Testes sunt voces pia-
rum deprecationum in Scripturis sanctis, quibus ostenditur, ea ipsa quæ præcipiuntur à Deo,
non fieri nisi dante & adiuuante qui præcipit: Mendaciter enim petuntur, si ea non adiuuan-
Augustinus. te eius gratia facere possemus. Idem 10. Confess. 30. dicit Domino, Da quod iubes, & iube
quid vis. Imperas nobis continentiam; & cum scirem (ait) quidem quod nemo potest esse
continens nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. O Deus
meus attende me: Continentiam iubes; da quod iubes, & iube quid vis. Ex his Autoritati-
bus Augustini satis ostenditur ipsum velle, quod Actus præcepti non sit à solo homine sine
Deo, nec à solo Deo sine homine, nec partim à solo homine, & partim à solo Deo, sed totus C
toraliter ab vtroque sicut corollarium 20. huius secundi demonstrat. Vnde & Propheta,
Propheta. Psalmo 118. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde
meo. Ecce, primò petit actionem diuinam; Da mihi, inquit, intellectum; deinde promittit
& suam; & scrutabor, inquit, &c. Rursumque petens actionem diuinam, subiungit, De-
duc me in semita mandatorum tuorum, Inclina cor meum in testimonia tua. Et infra actio-
nem propriam exprimens; Inclinaui, ait, cor meum ad faciendum iustificationes. Cor au-
tem inclinare est facere ipsum velle, vt patet per processum Psalmistæ & per expositionem
Ezechiel. Augustini 20. secundi plenius allegatam. Item Ezech. 36. Faciam, inquit Dominus, vt in
Augustinus. præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Super quod dicit Augu-
stinus de prædestinatione sanctorum 13. Ideò enim hæc à nobis præcipiuntur, & dona Dei
esse monstrantur, vt intelligatur, quod & nos ea facimus, & Deus facit vt illa faciamus, sicut
per Prophetam Ezechielem apertissimè dicit: Quid enim apertius quam vbi dicit, Ego faci- D
am vt faciatis? Locum ipsum Scripturæ attendite, & videbitis illa Deum promittere se facturum vt
fiant. ‖ *faciant*, quæ iubet vt fiant. Non tacet eorum merita, sed mala; quibus ostendit se
reddere pro malis bona, hoc ipso quo eos facit habere deinceps opera bona, cum ipse facit vt
faciant diuina mandata. Et si tu quæras, quare Deus illa præcipit homini, quæ suis viribus
fit. sine Deo non sufficit adimplere, respondet 35. primi, quòd hoc ‖ *fit* vt ostendatur hominem
habere liberum voluntatis arbitrium, quo liberè potest perficere Dei præcepta: Cur enim
non præcipitur homini, quod potest liberè facere quandcunque voluerit? Sed quia nihil po-
test facere solis proprijs viribus sine Deo, ideò docetur vt de sua virtute nihil superbè sentiat
aut præsumat, sed diuinum semper auxilium imploret humiliter, in ipso spem ponat, per
omniaq; confidat. Cur quæso Magister nauis non satis rationabiliter præcipit suo nautæ vt
trahat nauem huc vel illuc, erigat malum, leuet velum, & similia, quorum nullum potest face-
re sine ipso? Hoc autem totum probant expresse autoritates 35. primi plenius allegatæ. I- E
tem Augustinus de gratia & libero arbitrio 39. Hæc omnia præcepta dilectionis, id est cha-
ritatis, quæ tanta & talia sunt, vt quicquid se putauerit homo facere benè, si fiat sine charita-
te, nullo modo fiat benè, inaniter darentur hominibus non habentibus liberum voluntatis
arbitrium: sed quia per legem dantur & veterem & nouam, lex autem sine gratia litera est oc-
cidens, in gratia verò spiritus viuificans, vnde est in hominibus charitas nisi ex ipso Deo? Nam
si non ex Deo, sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani: si autem ex Deo, vicimus Pelagianos.
Sedeat ergo inter nos iudex Iohannes, & dicat nobis, Charissimi, diligamus inuicem. In his
verbis Iohannes, cum se illi extollere cæperint & dicere, vt quid nobis hoc præcipitur, nisi
quia ex nobis habemus, vt inuicem diligamus? sequitur continuò illud Iohannis confundens
eos

A eos & dicens, Quia dilectio ex Deo est. Cur ergo dictum est, Diligamus inuicem, quia dile-
ctio ex Deo est, nisi quia præcepto admonitum est liberum arbitrium, vt quæreret Dei do-
num, quod quidem sine suo fructu prorsus admoneretur, nisi prius acciperet aliquid dilecti-
onis, vt addi sibi quæreret vnde quod iubebatur impleret? Cum dicitur, Diligamus inuicem,
lex est; cum dicitur, Quia dilectio ex Deo est, gratia est: sapientia quippe Dei legem & mise-
ricordiam portat in lingua: vnde scriptum est in Psalmo; Et enim benedictionem dabit qui
legem dedit. Idem de perfectione iustitiæ 21. Præcepta vt fierent, non iuberetur, si nihil ibi no- Augustinus
stra voluntas ageret, nec oraretur, si sola sufficeret. Et supra 12. Ad hoc enim lex ista præce-
pit, vt cum in his implendis homo defecerit, non se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam
fugiat fatigatus, ac si eum lex terrendo ad Christum diligendum pædagogi perducat officio.
Ad illam autoritatem Ecclesiastici dicentem, quod Deus reliquit hominem in manu consilij
sui, dicendum, quod per hoc ostendit hominem in possibilitate liberi arbitrij constitutum,
B qua, si voluisset Dei mandata seruasset. Vnde Augustinus Hypognost. 28. recitata tota auto- Augustinus.
ritate prædicta, subiungit; Quid est autem, & reliquit illum in manu consilij sui, nisi dimisit
eum in possibilitate liberi arbitrij sui? In manu enim potestas intelligitur. Ipsa est prima gra-
tia qua primus stare potuisset, si seruare Dei mandata voluisset: sed hoc nec tunc sine alio Dei
speciali auxilio potuit voluisse, sicut ostendit idem Augustinus tangendo eandem autorita-
tem de Correptione & gratia 47. & alijs locis multis, sicut 9. & 10. secundi plenius allegarunt.
Idem de perfectione iustitiæ 32. recitat Cælestium hanc autoritatem cum multis similibus
allegantem; Apostolus, inquit, de quodam ait, Quid vult, faciat. Item inquit ad Philemo-
nem de Onesimo, quem ego volueram apud me detinere, vt pro te mihi ministraret, sed sine
consilio tuo nihil volui facere, vt non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntari-
um. Item in Deuteronomio, Vitam & mortem dedit ante faciem tuam, bonum & malum; Deut. 30.
elige vitam vt viuas. Item apud Solomonem, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit Ecclesiastici
C cum in manu consilij sui &c. Item apud Esaiam, Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt 15.
terræ manducabitis; si autem noluerit nec obaudieritis me, gladius vos comedet; Os enim
Domini loquutum est hæc. Hæc scelestus Cælestius, non cælestis: & subdit cælicus Augu-
stinus; Hic verò quantumlibet isti se obtegant, aperiuntur: Declarant enim se contra Dei Augustinus.
gratiam & misericordiam disputare, quam volumus impetrare cum dicimus, Fiat voluntas
tua, sicut in cœlo & in terra; vel, Et ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo. Vt
quid enim ista orando tanto gemitu petimus, si volentis hominis & currentis, non miserentis
est Dei? Non quia hoc sine voluntate nostra agitur, sed quia voluntas non implet quod agit,
nisi diuinitus adiuuetur. Hæc est fidei sanitas, quę nos facit quærere, vt inueniatur; petere, vt
accipiatur; pulsare, vt aperiatur nobis: Contra istam qui disputat, contra seipsum claudit
ostium misericordiæ Dei. Nolo plura dicere de re tanta, quia melius eam committo fideli-
um gemitibus, quàm sermonibus meis: Videte tamen obsecro quale sit. Ideò volenti & cur-
D renti misericordia Dei non est necessaria, quæ etiam illum prauenit vt curreret, quia de quo-
dam ait Apostolus, quid vult faciat? Ibi autem arbitror, vbi sequitur & dicitur, Non peccat
si nubat, quasi pro magno habendum sit velle nubere, vbi de adiutorio diuinæ misericordiæ
operosius disputatur: Aut verò etiam ibi prodest aliquid velle, nisi Deus prouidentia, qua gu-
bernat omnia, marem fœminamque coniungat: Aut verò quoniam ad Philemonem scripsit
Apostolus, vt non quasi ex necessitate bonum eius esset, sed voluntarium, quasi aliter sit vo-
luntarium bonum, nisi cum Deus operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate:
Aut quia in Deuteronomio scriptum est, Vitam & mortem dedit ante faciē hominis, bonum
& malum, & admonuit vt eligeret vitam, quasi & ipsa admonitio non de misericordia veniat,
vel aliquid prodesset eligere vitam, nisi Deus eligendi charitatem inspiraret, & electam habe-
re præstaret, de quo dictum est, Quoniam ira in indignatione eius & vita in voluntate eius:
Aut quia dictum est, Si voles, præcepta seruabunt te; quasi non debeat Deo gratias agere,
E quia præcepta voluit qui desertus omni lumine veritatis hæc velle non posset. Positis ante
hominem igne & aqua, ad quod vult quidem porrigit manum: Sed altior est qui vocat, & ne-
mo potest venire ad me, ait princeps fidei, nisi patet, qui misit me, traxerit illum. Magnum
autem aliquid pro sua causa [*inuenire*] se arbitratus est apud Esaiam Prophetam, quia Deus
dixit, Si volueritis, & audieritis &c. quasi non lex tota huiusmodi conditionibus plena sit, aut
ob aliud superbis præcepta ista data sunt, nisi quia lex præuaricationis gratia posita est, id est,
vt acciperet homo præcepta, superbè de suis viribus fidens, in quibus deficiens, & factus eti-
am præuaricator, liberatorem saluatoremque requireret; atque ita eum timor legis humilem
factum, tanquam pædagogus ad fidem gratiamque perduceret: ita multiplicatis infirmitati-
bus postea accelerauerunt; & ad hoc idem vadit directè totus eius liber de spiritu & litera no-
minatus.

Thomas. minatus. Item Sanctus Thomas de potentia Dei, quæstione 20. supradicta arguit isto modo. A
Ecclesiastici 15. dicitur quòd Deus fecit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: non
autem reliquisset, si semper in voluntate operaretur; ergo non operatur in voluntate ope-
rante. Et respondet, Dicendum quod Deus non dicitur reliquisse hominem in manu consi-
lij sui, quin in voluntate operetur, sed quia voluntati hominis dedit dominium sui a-
ctus, vt non esset obligata ad alteram partem contradictionis, quod quidem dominium
naturæ non dedit, cum per suam formam sit determinata ad vnum. Beatus quoque Prosper
Prosper. contra Cassianum, postquàm cap. 16. ostendebat actum voluntatis fieri tam à Deo, quam ab
homine, capit. 17. recitat simile argumentum Cassiani Pelagiani, per similem autoritatem ad
conclusionem præmissam, adiacere homini dicit Cassianus arbitrij libertatem. Etiam Liber,
Pastor. qui dicitur esse Pastoris, apertissimè docet, in quo duo Angeli vnicuique nostrum adhærere
dicuntur, id est, bonus & malus; in hominis verò optione consistere vt eligat quem sequetur,
& idcircò manet in homine liberum semper arbitrium, quod gratiam Dei possit vel negligere B
Prosper. vel amare. Qui & 19. capitulo respondendo primò dicit, librum Pastoris nullius autoritatis
existere, & consequenter probat diffusè per multa loca Scripturæ, quod voluntas non est sic
libera quod possit facere aliquid sine Deo, sed quodcunque cum eo. Vnde & subdit, Ita nec
libera est ista libertas, vt tantum ex se habeat fastidij vt negligat gratiam Dei, tantum ex se ha-
|| Lidda. beat delectationis, vt diligat. Et probat, quia de il *Lydia* purpurata scribitur, quod Deus ap-
peruit cor eius, vt intenderet his quæ à Paulo dicebant; & quia secundum Apostolum, chari-
tas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, & quia secundum Iohannem, di-
lectio ex Deo est: Ex quibus concludendo, subiungit; Agnoscat ergo humana egestas hoc
quod de quibuslibet bonis rectè dicitur, multo rectius dici de eo sine quo bona cuncta non
prosunt, Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acce-
peris? Pro tertio argumento satis respondet 34. primi: Pro quarto verò respondet capitulum
proximum, cum eodem 34. primi; Potest tamen pro isto specialiter ita dici, quòd cum argui-
tur malum actum benè placere Deo, hoc verbum (bene) potest determinare placere Deo ra- C
tione placentiæ diuinæ, & sic nulli dubium est, quin sicut actus malus placet sibi, sic summe
benè placet sibi, sicut prima suppositio primi, & tertia pars corollarij eius probant; aut ratio-
ne actus beneplaciti, & hoc vel ratione substantiæ actus, vel ratione eius malitiæ. Si ratione
actus, adhuc dupliciter, quia vel bene naturaliter, & sic verum, vel bene moraliter, & sic fal-
sum. Si ratione eius malitiæ, sic non efficitur propriè ab homine, nec à Deo, quia per 26.
primi, sic non est effectum nec aliquid, sed priuatio pura tantum. Quintum argumentum
fuit Cassiani Pelagiani ad eandem conclusionem probandam, sicut recitat sanctus Prosper
in libro, quem edidit contra eum capit. 15. in hæc verba; Volens, scilicet Cassianus, proba-
re quod religiosæ cogitationes & sancta consilia nulla Dei inspiratione concepta de naturali
possint prodire sapientia, ponit verba Salomonis dicentis; Voluitque Dauid pater meus ædi-
ficare domum nomini Domini Dei Israel; Et ait Dominus ad Dauidem patrem meum, Quòd D
cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente pertra-
ctans; veruntamen tu non ædificabis domum nomini meo. Hæc ergo cogitatio atque ista
tractatus Regis Dauidis, vtrumne bonus fuit & ex Deo, an malus, & ab homine fuisse dicen-
dus? Si enim bona & ex Deo fuit illa cogitatio, cur ab eo in quo inspirata est, denegatur effe-
ctus? Si autem mala & ex homine fuit, cur laudatur à Domino? Restat ergo vt & bona, & ab
homine fuisse credatur, in quem modum etiam nostras quotidiè cogitationes possumus iudi-
care: Neque enim aut soli Dauidi bonum ex semetipso cogitare concessum est, aut nobis ne-
quid boni vnquam sapere aut cogitare possimus naturaliter denegatur. Cui Prosper respon-
dendo subiungit; Nullo modo hoc testimonio atque argumento probari potest, quod piæ
cogitationes ex solo libero arbitrio, & non ex Dei inspiratione nascantur: Non enim ideo
voluntas Dauidis, quæ vtique bona erat, non ex Deo fuisse credenda est, quia templum sibi
Dominus non ab eo ædificari, sed à filio ipsius voluit; quod vt ex exemplis magis elucescat, E
requiramus vbi Deus noluerit, quod homines facere Deo volente voluerunt. Dominus Apo-
stolis præcepit, dicens; Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, &
Filij & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia quæ mandaui vobis: Quod cum Apo-
stoli audierunt, sine dubio non verba nuda per corporales sonos exterioribus tantùm auribus
acceperunt, sed virtute viuentis verbi accensa est in cordibus eorum inextinguibilis flamma
charitatis, qua ardentissimè vellent Euangelium in omnibus gentibus prædicare. Sed cum
vetiti sunt loqui verbum in Asia, & ire in Bythiniam prohibiti sunt à Spiritu Iesu, Nunquid
non ex Deo hanc voluntatem habebant, quod etiam istorum optabant ad fidem corda con-
uertere, quos occulto iudicio Deus Euangelium tunc nolebat audire? Aut quia Ecclesia quo-
tidie

A tidiè pro inimicis suis orat, id est, pro his qui nondum Deo crediderunt, nunquid non ex spi-
ritu Dei facit? Quis hoc dixerit, nisi qui hoc non facit, aut qui putat fidem non esse donum
Dei? Et tamen quod pro omnibus petitur, non pro omnibus obtinetur: nec est iniquitas a-
pud Deum, qui sæpe postulata non tribuit quæ postulare donauit. Hoc idem docet Augusti- Augustinus.
nus 22. de Ciuit. Dei 2. Sicut trigesimum tertium primi plenius allegauit. Nec debet hoc vi-
deri mirabile, quia sancti sic sanctè volentes, & si vno voluto careant, aliud tamen volutum
consequuntur, scilicet ipsum Deum, propter quem finaliter cætera sanctè volunt, & quia si-
militer merito suo & præmia non fraudantur, & quia forsitan ipsi nolunt aliquid talium pe-
nitus absolutè, sed tantùm sub hac conditione expressa vel tacita; Si hoc fuerit placitum co-
ram Deo, sicut in vicesimo quinto primi fuerat persuasum: quare probari non potest quod
volutiones huiusmodi fiant frustra. Sexto verò argumento respondet vicesimum quintum
secundi, & tricesimum quartum primi. Ad illam vero autoritatem hypognost. 33. dicen-
B tem, quod liberum arbitrium hominum non potest peragere aliquid quod ad Deum pertinet
sine Deo, sed tantùm opera vitæ præsentis bona & mala, dicendum, tantum intelligere Au-
gustinum, quod liberum arbitrium non potest peragere aliquod opus suum ad Deum perti-
nens sine Deo, id est, sine Dei gratia, & eius charitate per spiritum sanctum in cordibus no-
stris diffusa, sicut satis ostendit tricesimum nonum primi: Potest tamen opera vitæ præsentis,
licet non sine eius influentia generali ac prouidentia & efficientia speciali: Quare numeratis
quibuscunque vitæ præsentis operibus, reliquis vero vniuersaliter comprehensis, subiungit;
Quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt, imo ex ipso, & per ipsum sunt, & esse cæ-
perunt. Et quod in loquutionibus talibus Augustinus intelligat modo dicto, ipsemet sit testis Augustinus.
de perfectione iustitiæ 32. vbi recitato argumento Cælestij, per quod volebat ostendere ex se
solo hominem posse velie, quia de quodam dicit Apostolus, quid vult, faciat; sic subiungit;
Videre tamen obsecro quale sit, ideò volenti & currenti misericordiam Dei non esse necessari-
C am, quæ illum etiam præuenit vt curreret, quia de quodam ait Apostolus, Quid vult, faciat.
Ibi arbitror, vbi sequitur, Non peccat si nubat; quasi pro magno habendum sit velle nubere,
vbi de adiutorio diuinæ misericordiæ operosius disputatur: aut vero etiam ibi prodest, aliquid
velle, nisi Deus prouidentia qua gubernat omnia marem fœminam que coniungat; vnde &
Parab. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens: Parabola.
Glossa, à Domino autem propriè, id est, immediate & per se datur vxor bona. Quare & sacra
Scriptura alijque Autores, vbi loquuntur similiter, sunt similiter exponendi; sicut & similia
quædam exposuit tricesimum quartum primi. Pro septimo argumento dicendum, quòd si
ille Damascenus sic intellexit interius, sicut verba sua sonant exterius, ab omnibus Phi- Contra Damascenum.
losophis & Theologicis incunctanter & simpliciter est negandus; & re vera secundum re-
gulam veritatis Magistri nostri Matth. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis con-
demnaberis: ex verbis eius intellectum eius conijciens, credo quod sicut verbaliter pro-
D tulit, sic & mentaliter intellexit; maximè, quia illum intellectum toties exprimit; & se-
cundum illum totum processum capitulatim contexit, nec aliqua lateralia verba profert,
ex quibus possit rationabiliter elici alius intellectus. Igitur cum dicit Deum non esse cau-
sam efficientem actuum humanorum, Interimo istam planè; & ad rationem suam primam di-
centem, Non enim Deo fas est inscribere quandoque actus turpes & iniustos, respondet vice-
simum quintum secundi, & tricesimum quartum, & vicesimum sextum primi: Ad secundam
dicendum, quod illa non probat, quod homo sit aliter Dominus sui actus liberi voluntatis,
quàm sui consilij intellectus, sed sui consilij non est sic Dominus; quin seruus & instrumentum
superioris Domini, scilicet intellectus agentis Domini Dei nostri, sicut sextum primi, & vice-
simum secundi docebant: Vnde & Philosophus in De bona fortuna 2. Sicut sextum primi
plenius allegauit; Non enim consiliabatur consilians, & antequam consiliaretur, sed est prin-
cipium quoddam, nec intellexit intelligens priusquam intelligeret, & hoc in infinitum: Non
E enim eius quod est intelligere est intellectus principium, nec consiliandi consilium. Quid igitur?
Et respondet; Aut est aliquod principium cuius non est aliud extra ipsum; aut quia tale se-
cundum esse, tale potest facere. Quod autem quæritur, hoc est, quid motus principium in
anima? Palam, quemadmodum in toto, Deus: mouet enim aliquo modo omnia, quæ in no-
bis, diuinum; rationis autem principium non ratio, sed aliquid melius: Quid igitur erit me-
lius & scientia & intellectu nisi Deus? Virtus enim intellectus organum. Ipse quoque secun-
dum Prophetam est terribilis in consilijs super filios hominum, Psalm. 65. & Iob. 12. In cu- Iob.
ius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis, Ipse habet consilium
& intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet; si inclauserit hominem, nullus est qui
aperiat; si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subuertent terram. Quare
&

Ioseph. Esaias. & Ioseph in Aegypto fratribus suis dixit, Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. Nec mirum; ipse namque est spiritus sapientiæ & intellectus, & spiritus consilij, Esaiæ 11. Hæc enim omnia operatur vnus atque idē spiritus diuidens singulis prout vult. 1. ad Cor. 12. Ipse igitur diriget consilium, Ecclesiastici 39. Hæc igitur ratio non concludit, quod homo sit Dominus sui actus liberi voluntatis, quin etiam seruus & instrumentum superioris Domini, sicut de actu consilij est ostensum. Et quia secundum Philosophum 1. Phys. 22. vno inconuenienti assignato, alia contingunt; & secundum eundem 1. de Cœlo 31. Qui modicum transgressus fuerit à veritate in principio, discedēs fit longè plus decies millies; in isto vno principio inconuenienti à veritate transgrediens scilicet, quod solus homo sine Deo efficit actus suos, vlterius procedendo in multa inconuenientia alia, imò & inconuenientiora decies millies est deductus. Ex isto enim primo inconuenienti sequitur hoc secundum, quòd omnia, quæ sequitur laus & vituperatio, per nos solos aguntur; Et inde hoc tertium, quod omnia in quibus est persuasio vel lex posita, possunt sic agi à nobis, vt patet cap. quadragesimo [primi.] B Quod si intelligatur sine diuina gratia nos iuuante, est hæresis Pelagij, vt patet superius hoc eodem capitulo, & tricesimo nono primi; si autem intelligatur cum huiusmodi gratia, illa efficit actus nostros laudabiles & obseruationem legis diuinæ, sicut ‖ *quadragesimum* primi docet, & non sine Deo specialiter coagente, vt docet quadragesimum secundum eiusdem, & videtur quod intelligat sine gratia, quia de ipsa non facit in toto processu aliquam mentionem. Sequitur etiam ex hoc quartum, quod in solis nobis sine Deo sit accipere omnem artem; quod & concedit cap. quadragesimo contra præostensa de intellectu agente vicesimo huius secundi. Quintum inconueniens, consequens tamen est istud, quod remunerationes nostræ in præsenti & in futuro, & per consequens tota prædestinatio electorum dependet à voluntate humana, & non diuina: vnde cap. quadragesimo secundo sic ait; Eorum quę non in nobis, hæc quidem ex his, quæ in nobis, habent principia & causas, hoc est, remunerationes actuum ‖ *nostrorum* in præsenti & in futuro sæculo; reliqua verò omnia à diuina voluntate dependent; ergo secundum eum ista non dependent à voluntate diuina, sed tantum humana; quare & prædestinatio ipsa non est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro: ergo & prædestinatio esset ex operibus prædestinatorum, non ex Deo prædestinante; quod est hæresis Pelagiana, vt per totum patet quadragesimum quartum; & quadragesimum quintum primi. Sextum est, quod actus humani nequaquam sub diuina prouidentia continentur, quia si Deus illos non facit, ergò non vult illos, vt per decimum primi patet, quare nec vnquam voluit, vt per vicesimum tertium primi patet; quare nec vnquam prouidit; vt per vicesimum septimum & sequentia primi patet: vnde & huic deductioni, seu huius deductionis principio ipsemet innitens capitulo quadragesimo secundo de prouidentia prænotato, sic ait; Necesse est enim eundem esse factorem eorum quæ sunt, & prouisorem; neque enim decens, neque conueniens est, alium quidem esse factorem vniuersorum, alium autem prouisorem: Ita enim in imbecillitate omninò sunt vtrique, hic quidem faciendi, hic autem prouidendi. Et infra consequenter ostendit, quod omnia illa quæ non sunt in nobis, sicut sub diuina efficientia, sic sub diuina prouidentia continentur; ea verò quæ sunt in nobis nequaquam: vnde sic ait; Cogitationes nostræ, & actiones, & quæ futura ei soli cognita. Omnia autem dico quæ non in nobis; quæ enim in nobis, non prouidentiæ sunt, sed nostri liberi arbitrij; quod est contra tricesimum & sequentia primi libri. Septimum autem ex isto sexto sequitur euidenter, scilicet quod Deus nulli prędestinauit opera sua bona, nec quenquam bonum futurum. Nihil enim prædestinauit, quod non prouidit; quod est contra quadragesimum quartum, & quadragesimum quintum primi. Quare & ipsemet cap. quadragesimo quarto intitulato de præcognitione & prædestinatione, sic ait; Oportet autem scire, quoniam omnia quidem præcognoscit Deus, non omnia autem prædeterminat, præcognoscit quidem & quæ in nobis, non prædeterminat autem ipsa, id est, prædestinat. Et cap. nonogesimo primo, Oportet scire, quoniam consuetudo est diuinæ Scripturæ permissionem Dei eius actionem vocare, vt E quando dicit Apostolus in epistola ad Romanos, Aut non habet potestatem figulus ex eadem massa luti facere hoc quidem in honorem, vas illud autem in dehonorationem? Nam quoniam quidem ipse fecit hæc & illa: solus enim ille est vniuersorum conditor, sed non ipse honorabilia construit vel dehonorabilia, sed propria vniuscuiusque voluntas; & hoc manifestum, ex quibus ipse Apostolus in epistola secunda ad Timotheum ait; In magna domo, non sunt solum vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & hæc quidem in honorem, illa autem in dehonorationem. Si quis igitur purgauerit seipsum ab his, erit vas in honorem sanctificatum [in honorem Dei] & vtile dominatori in omne opus bonum paratum: manifestum autem quod voluntariè purgatio fit. Si quis enim, ait, purgauerit seipsum. Et idem ostendit ex alia

Philosophus.

Nota 12. inconuenientia contra Damascenum.

2.

3.

‖ 48

4.

5.

‖ ipsorum

C

6.

Damascenus

7.

Apostolus.

alia parte in malo, & subdit, hæc omnia non vt Deo agente suscipienda, sed vt Deo permittente. Ex hoc autem septimo sequitur istud octauum, quòd peccator adultus quisquiquè per se sine Dei gratia; & sine aliquo eius auxilio potest resurgere à peccatis: Si enim Deus non prædestinauit peccatori actum pœnitentiæ quo resurgit; ergo nunquam illum voluit, nec vult nunc; cum sit immutabilis, per vicesimum tertium primi; ergo nec facit; quia nihil facit ad extra purè naturaliter, sed tantum voluntarie, vt docuit nonum primi. Et hoc plane testatur dictum eius proximo allegatum: Dicit enim quod dictum Apostoli ad Romanos asserens Deum facere vas in honorem, intelligitur tantum de permissione, & quod non [ipse] Deus honorabilia vasa constituit, sed propria vniuscuiusque voluntas. Nec ratio sua valet: Non ipse Deus, inquit, honorabilia constituit, sed propria vniuscuiusque voluntas; quia dicit Apostolus, Si quis purgauerit seipsum erit vas in honorem. Manifestum autem quod voluntariè purgatio fit: Si quis enim ait, purgauerit seipsum: modo non sequitur, homo se purgat, ergo Deus eum non purgat, quia & homo purgat manus suas & aqua similiter, & adhuc qui aquam infundit; & quia per corollarium vicesimi primi huius secundi, tam Deus quàm homo facit totum actum voluntatis humanæ. Vnde sicut dicit hic Apostolus; Si quis purgauerit se, vel secundum translationem Hieronymi, emundauerit; Ita & alibi idem dicit; Purgationem peccatorum faciens, scilicet Dei filius Iesus Christus ad Hebr. 1. Et infra eiusdem nono, Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Et Dominus de Christo, Sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, Malach. 3. Et filius de patre; Omnem qui fert fructum, purgabit eum, Ioh. 15. & Act. 15. Fide ‖ *purificans* corda eorum. Et Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus ‖ *iniquinamentis* vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et Esaiæ 43: Ego sum, ego sum ipse, dicit Dominus, qui deleo iniquitates C meas propter me: Et infra; Narra si quid habes vt iustificeris, quasi diceret, ex te nihil. Quod sane videns Propheta ‖ *Domini* humiliter precabatur, Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius, Laua me Deus ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me. Asperges me Domine, hysopo, & mundabor; lauabis me, & super niuem dealbabor, Psalm. 50. Sed quia, sicut prædictum est, Deus non lauat peccatorem adultum, nisi etiam ipse collauerit, seu lauanti coegerit; ideo dicit idem Propheta, Lauabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo, Psalmo 6. Et Esaiæ 1. Lauamini, mundi estote, & auferte malum cogitationum vestrarum. Et Ierem 4. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Et Iacob. 4. Emundate manus peccatores, purificate corda duplices animo. Et Augustinus de verbis Apostoli Sermone 15. Qui creauit te sine te, non iustificat te sine te: Istud autem octauum prædictum quàm impiè sonet pijs auribus, quis catholicorum ignorat? Est enim peius hæresi Pelagiana, quæ dixit gratiam non esse necessariam ad merendum, eamque omnem secundum merita nostra dari, hac sola excepta qua peccata homini dimittuntur, vt dicit Augustinus de Gratia & libero arbitrio 16. Est etiam contra quadragesimum tertium primi libri. Et ex isto octauo sequitur istud nonum, quod homo potest primam Dei gratiam promereri cum tota Pelagiana hæretica prauitate: Si enim homo peccator inimicus Dei, & Deo ingratus ex se solo potest se purgare, potest ex se solo ab ira & inimicitia Dei ad eius amorem & amicitiam, & per consequens ad primam charitatem & gratiam se transferre. Quare & capit. 43. ita dicit; Oportet autem scire, quoniam electio quidem operationum in nobis est, finis autem bonarum quidem Dei operationis iuste cooperantis prælegentibus bonum iusta conscientia secundum præcognitionem eius: Hoc autem est contra tricesimum quintum primi, & alia quæ sequuntur. Ex hoc autem nono sequitur decimum, quod homo ex se solo potest sequi Deum vocantem; vnde & capit. 44. sic dicit; Oportet autem scire, quoniam virtus quidem ex Deo data est naturæ, & ipse est omnis boni principium & causa; In nobis autem est sequi Deum ad hanc vocantem, vel recedere. Et supra 43. Finalis derelictio est, quando, Deo omnia quæ ad salutem faciente, insensibilis & immedicabilis, magis autem incurabilis ex proprio proposito permanet homo. Vbi innuit euidenter, quod vocatio, seu pulsatio Dei exterior sufficit homini absque vocatione interiori, & apertione cordis humani digito dextro Dei: Hoc autem est contra tricesimum octauum primi. Ex his etiam sequitur vndecimum manifestè, scilicet quod homo ex se solo potest perseuerare finaliter in virtute; quare & capit. quadragesimo quarto dicit; Oportet autem scire, quoniam virtus quidem ex Deo data est naturæ, & ipse est omnis boni principium & causa; In nobis autem est vel permanere in virtute, vel recedere à virtute, quod est in malitia fieri. Hoc autem est contra octauum secundi, & alia quæ sequuntur. Duodecimum inconueniens sequens

8

B

Apostolus.

Malachias.

Iohannes.

Acta.

‖ purgans

Ezechiel.

‖ iniquitatibus.

Esaias.

‖ Deum

Psalmus.

Propheta.

Esaias.

Ieremias.

Iacobus.

Augustinus.

9

D

10

E

11

12

quens ex præmissis, seu potius ex quo sequuntur præmissa, est istud, quod si Deus ageret actus
2 voluntarios hominum, violentaret & compelleret voluntatem: nesciuit enim videre quomodo actio Dei in voluntatibus hominum, & libertas arbitrij simul starent. 3 Et hoc, vt opinor, fuit originalis causa totius sui erroris: vnde & capit. nonodecimo primo tractans, quomodo Deus facit vnum vas in honorem, & aliud in dishonorationem, ostendit quod hoc est tantummodo permissiuè, non propriè effectiuè, sicut in septimo inconuenientij erat superius recitatum; enumeratisque alijs locis similibus de Scriptura subiungit: Hæc autem omnia non vt Deo agente suscipiendum, sed vt Deo permittente. Et statim exprimens causam, dicit, Propterea quod liberum arbitrium est inuolentum quoad bonum; vel secundum aliam literam, propterea quod liberi arbitrij est, inuolentum quoad bonum. Et capit. quadragesimo quarto sic ait: Oportet autem scire, quoniam omnia quidem præcognoscit Deus, non autem omnia prædeterminat. Præcognoscit quidem & quæ in nobis, non prædeterminat autem ipsa: Non vult enim malitiam fieri, nec compellit virtutem; quasi dicere manifestè; B Ideò Deus non prædeterminat virtuosa opera quæ in nobis, quia tunc compelleret nos ad illa.

Stephanus. Iste autem error damnatus est & excommunicatus à Domino Stephano Parisiensi Episcopo sub hac forma; Quod aliqua possunt casualiter euenire respectu primæ causæ, & quod falsum est, omnia esse præordinata à prima causa, quia tunc euenirent ex necessitate. Iste similiter est error Pelagij damnatus in Synodo Palæstina, sicut satis testatur liber Prosperi contra Cassianum: vnde & in fine recitantur 13. errores Pelagij. Iste ponitur vndecimus sub his verbis, Et non esse liberum arbitrium si Dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid, aut non facere. Non solum autem in isto, sed & in alijs multis incidit in articulos Parisijs condemnatos. Quorum vnus est, quòd humani actus non regantur prouidentia diuina: Alius est, quod in causis efficientibus causa secunda habet actionem quam non accipit à prima: Tertius est, quod in causis efficientibus cessante prima, non cessat secunda ab operatione sua, dum tamen secunda operetur secundum naturam suam: Quartus est, quòd C omnes motus voluntarij reducuntur in motorem primum: error, nisi intelligatur in motorem primum simpliciter non causatum, & intelligendo de motu secundum substantiam, non secundum deformitatem. Adhuc autem præter hæc omnia est aliud inconueniens contrarietatis & repugnantiæ sibi ipsi: Nam capit. tricesimo nono dicit, quod Deus non efficit actus nostros: Et capit. quadragesimo quarto ait; Oportet autem scire quoniam virtus quidem ex Deo data est naturæ, & ipse est omnis boni principium & causa, & sine eius cooperatione & auxilio impossibile est bonum velle vel facere nos. Et capit. 42. dicit quod permanentia nostra reponenda est Deo: est enim eius virtutis contentiuæ. Si ergo substantia non potest per se permanere, sed necessariò indiget virtute diuina quæ contineat, & continuè teneat ipsam in esse; à multo fortiori nec potest aliquod accidens, quare nec aliquis actus voluntatis creatæ. Quamobrem sicut actus voluntatis iam factus non potest permanere, nisi ipso specialiter conseruante; ita nec poterit fieri, nisi ipso etiam specialiter faciente. Item capit. quadragesimo tertio, primo ‖ *probat*, quòd omnia diuina prouidentia gubernantur: secundò vero dicit quod ea quæ sunt in nobis non sunt prouidentiæ, sed nostri liberi arbitrij. Et si tu dicas pro eo, quod non intelligit illam primam vniuersalem dictamen; Omnia diuina prouidentia gubernari, vniuersaliter absolutè, sed de omnibus naturalibus rebus tantum, saltem omnes rationes quas fecit ad illam vniuersalem sub illo intellectu probandam, probant & de voluntarijs æquè bene vel melius, sicut cuilibet considerare volenti faciliter apparebit. Eodem quoque capit. primo dicit, quod prouidentia est voluntas Dei propter ‖ *quam* omnia, quæ sunt, conuenientem deductionem suscipiunt: Secundo autem dicit, quod ea, quæ sunt in nobis, non sunt prouidentiæ, sed nostri liberi arbitrij. Si ergo actus nostri non sunt prouidentiæ, nec sunt voluntatis diuinæ, nec Deus vult illos, quia nihil vult nouiter, per vicesimum tertium primi libri. Tertio verò dicit, Eorum autem quæ in nobis, quæ quidem bona antecedenter vult & acceptat. His autem non obstantibus, si quis eum glossare voluerit, potest dicere coloratè, quod E ipse non intendit probare quod Deus nullo modo efficit actus humanos, sed quod Deus non sic istos efficiat, quin homo similiter faciat suos actus; nec etiam Deus sic facit actus humanos, quod compellat aut violentet hominem ad agendum, tollendo sibi vsum liberum voluntatis, laudemque & vituperium hominis excludendo: vnde, & illo capit. trigesimo nono sic dicit; Cui ergo horum subijciamus quæ per homines sunt, siquidem homo non est causa & principium actuum &c. in principio recitata? Et capit. quadragesimo primo, Omnis consilians, in seipso ente electione aptibilium consiliatur, vt quod præiudicatum est ex consilio eligat, & eligens agat: si verò hoc ex necessitate existit rationali, liberum arbitrium non erit rationale, aut rationale ens Dominus actionum, & liberum arbitrio; Vnde & irrationalia non sunt libera

‖ monstrat,

‖ quem

A bera arbitrio: aguntur enim magis à natura quàm agant, ideoque non contradicunt naturali appetitui, sed simul appetunt quid, & impetum faciunt ad actum; homo autem rationalis eos magis agit naturam quàm agatur; ideoque appetens, si equidem velit, potestatem habet refrænare appetitum, vel sequi eum; vnde irrationalia quidem nec laudantur, nec vituperantur, homo autem & laudatur, & vituperatur. Et ad hoc idem possunt adduci alia eius dicta de compulsione & violentia in ostensione vndecimi inconuenientis superius recitata. Vltima verò autoritas, scilicet ipsius Ammonij, nihil obstat, sed probat intentum: Dicit enim, Vtuntur nobis dij tanquam ‖ autolomicis, id est, à nobis ipsis mobilibus; vult ergo quod Deus in motibus nostris vtatur nobis tanquam suis instrumentis, non tamen vt instrumentis inanimatis, aut animatis irrationabilibus quæ de necessitate mouentur, sed velut rationabilibus quæ ex seipsis, id est, sua libera voluntate mouentur. Quare & subdit, & hoc modo ea quæ circa nos sunt gubernant; quod tamen non facerent, nisi etiam actus nostros liberos guber-
B narent, nec eos gubernare valerent, nisi prouidentia mediante; nec prouidentia potest esse sine voluntate diuina, & ipsa est necessariò efficax, sicut decimum primi docet: ergo secundum ipsum, Deus per suam prouidam voluntatem efficit omnem actum liberum voluntatis humanæ.

‖ forte, automatis

CAP. XXIX.

Quod voluntas increata & creata in coefficiendo actum voluntatis creatæ, non sunt coæquales, nec coæquæuæ in ordine naturali.

C

Vnde igitur stabilito quòd omnem actum voluntatis creatæ propriè agit Deus, & creatura similiter; voluntas increata etiam & creata, restat consequenter inquirere, an istæ duæ causæ agentes sint in ista sua actione communi æquales in ordine naturaliter & coæquæuæ, aut vna illarum alteram naturaliter antecedat, & si sic fuerit, quæ sit illa. Si autem ponantur æquales in ordine actionis & naturaliter coæquæuæ; ambæ reducuntur ad aliam tertiâ naturaliter his priorem, per cuius agentiam istæ agunt; quoniam sic est in omnibus taliter ordinatis, sicut omnes Philosophi vnanimiter contestantur, quorum testimonia aliqua, primum, secundum, tertium, & quartum primi, & specialiter probatio [tertij] corollarij, secundi capituli primi libri plenius recitarunt: Ergo Deus agens habet causam agentem priorem, cuius virtute & agentia ipse agit. Illa causa necessariò non est Deus, sed creatura; ergo in actione communi
D creaturæ & Dei, creatura est prior in ordine agendi quàm Deus. Et si hoc sit verum de aliqua creatura in aliqua actione, hoc maximè videtur de creatura rationali in sua libera actione: sed hypothesis posuit ipsos pares. Docent quoque multi Philosophi multis locis, quod omnis motor, vel est primus simpliciter, vel ad illum reducitur in mouendo; vt patet quarto & tertio primi libri, & vicesimo huius secundi. Si ergo Deus & creatura rationalis in sua motione communi sint pares in ordine, neuter illorum est simpliciter primus motor, vt patet per proximam rationem: & quia ille est vnicus, nec est possibile plures esse, sicut docet Philosophus 8. Physicorum, & 12. Metaphys. & alij Philosophi alibi multis locis; quod & testatur *Philosophus.* illud vulgatum 5. Topic. scilicet, quod per superabundantiam dicitur, Vni soli merit, vt ignis esse leuissimum. Vnde & Propheta, Tu solus altissimus in omni terra, Psalmo 72. Ergo *Propheta.* Deus in huiusmodi motione habet motorem priorem &c. sicut prius.

E

CAP. XXX.

Quod in omni actione communi voluntatum increatæ & creatæ, increata creatam naturaliter antecedit.

DEstructa siquidem prima parte diuisionis præmissæ, quare & constructa secunda, de tertia inquirendum: Superbissimus namque Pelagius, quia superbior Lucifero, qui Deo voluit coæquari, compulsus vt Deum coeffectorem humanorum actuum fateretur, prioritatem & superioritatem sibi vendicat super Deum, & in actione communi hominem priorem naturaliter & superiorem constituit, Deum vero posteriorem naturaliter & subiectum, & voluntatem humanam diuinæ præficit voluntati, sicut in tractatu primi de gratia tangebatur. Vnde & humilis Augustinus de prædestinatione sanctorum ad Prosperum & Hilarium 3. destructo per testimonia sacræ Scripturæ errore Pelagij affirmante fidem, scilicet actum fidei esse nobis ex nobis tantummodo sine Deo, subiungit; Nolens ergo his tam claris testimonijs repugnare, & tamen volens à seipso sibi esse quod credit, quasi componit homo cum Deo, vt partem fidei sibi vendicet, atque illi partem relinquat; & quod est elatius, primam tollit ipse, sequentem dat illi, & in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem Deum. Idem de hæresibus 88. sic ait: Denique Pelagius à fratribus increpatus, quod nihil tribuerit adiutorio gratiæ Dei ad eius mandata facienda, correctioni eorum hactenus cessit, vt non eam libero arbitrio præponeret, sed infideli calliditate supponeret. Verum quis Philosophicus in actione aut motione communi agentium aut mouentium primi naturaliter & secundi, secundum naturaliter primo naturaliter contrario ordine naturaliter anteponat? Et quis Philosophicus dubitat Deum omnium secum agentium aut mouentium naturaliter esse primum, maximè cum à Philosophis vocetur communiter prima causa, primum agens siue efficiens, primum mouens seu etiam primus motor, sicut vicesimum huius tam à Philosophis quàm à Theologis recitauit? Quis enim Theologicus, aut catholicus, imò vel hæreticus, schismaticus aut Paganus audeat se præponere Deo suo, dicere seipsum Dominum in agendo, Deum autem suum seruum, seipsum superiorem, Deum inferiorem, seipsum architectum & principalem artificem, Deum verò subseruientem, & suum quodammodo instrumentum, seipsum ducentem, Deumque ductum, suam voluntatem primam, diuinam autem pedissequam, suam voluntatem dominam, diuinam ancillam, suam præcipientem, diuinam obsequentem, suam trahentem, diuinam tractam, suam præfectam, diuinam verò subiectam, cum hoc sit contra primam suppositionem primi capituli primi libri, quæ ab omnibus qualemcunque Deum colentibus est admissa, cum nullus ignorat aliud esse perfectius quàm sit istud, quod & secunda suppositio ac tertia pars corollarij primi docent? Licet autem nulli sit rationabiliter dubium, quod scilicet Deus creaturam, & voluntas diuina humanam in qualibet actione eis communi præcedat naturaliter in agendo; veruntamen propter aliquos, qui forsitan trepidarent timore vbi non est timor, istud aliquibus breuibus certificare curabo. Porro volutio diuina qua vult voluntatem creatam producere suum actum, & illam producere suum actum secundum essendi consequentiam, conuertuntur: Nam quandocunque vnum istorum est; est & reliquum, & è contra, vt patet per vicesimum secundi, & per decimum primi, & illa volutio diuina est causa alterius, quia causa efficiens, vt patet per nonum primi, & vicesimum secundi: ergo illa est prior natura, dicente Philosopho in prædicamentis, vbi distinctis quatuor modis prioris, adiungit hunc quintum, eorum quæ conuertuntur secundum essentiæ consequentiam quod alterius quomodoliber causa est, dignè prius natura dicitur. Item aliter voluntas humana esset liberior quam diuina: hæc namque sicut domina semper præcederet, illa vt pedissequa sequeretur: hæc de omnibus sibi possibilibus liberè præligeret facere hoc vel illud, illa necessariò consentiret: hæc per omnia regeret, illa per omnia regeretur. Item aliter voluntas humana necessitaret diuinam ad agendum, quod videtur libertati voluntatis diuinæ nimium derogare, & ipsam subijcere humiæ seruituti: Nam quando voluntas humana efficit suum actum, illud efficere illum actum tunc est, & pro tunc necesse est ipsum esse. Nam secundum Philosophum 1. de hermenias vlt. esse quod est, quando est, necesse est: ergo per vicesimum secundi pro tunc necesse est Deum volendo coefficere illum actum, & illa necessitas accidit voluntati diuinæ ex actione voluntatis humanæ, tanquam ex causa

Augustinus.

A

B

C

D

E

causa priori. Et similiter sequitur quod voluntas humana necessitat diuinam ad certam actionem non agendum, & ad illam actionem non volendum; imo & impossibilitat eam, & necessariò prohibet, ne agat aut velit huiusmodi actionem: quia si homo pro instanti quo posset agere *A.* volutionem respectu *B.* obiecti, agat volutionem respectu eiusdem, vel penitus nihil agat; pro tunc *A.* non est, & necesse est *A.* pro tunc non esse, quia secundum Philosophum vbi prius, non esse quod non est, quando non est, necesse est; ergo necesse est Deum pro tunc non agere *A.* neque velle *A.* agi, aut esse, sicut per decimum primi patet, & impossibile est Deum pro tunc agere *A* aut velle *A.* agi, aut esse, & tota ista necessitas & impossibilitas accidit Deo & voluntati diuinæ ex homine, & ex voluntate humana tanquã ex causa priori, quod nullo modo permittit eius summa libertas omnipotensq; potestas. Amplius sic ad idem; si voluntas humana sic præcedat diuinã, voluntas humana posset antecedenter necessitare diuinã ad agendũ, continuandũ & cessandũ, quiescendũ, & iterum resumendum quoties & quando voluerit; Nam quilibet homo quoties & quando voluerit, potest agere actum liberũ proprie voluntatis, continuare, cessare, quiescere, & resumere iterato: & si homo sic faciat, sequitur necessariò per 20um secundi, Deum similiter facere, & antecedens tanquã causã prior est naturaliter in hominis potestate, ex quo necessariò consequitur aliud tanquã causatum posterius, naturaliter esse in hominis potestate libera. Si autem dicatur hoc non sequi, quia Deus posset liberè resistere & impedire quemlibet hominẽ à quolibet prædictorum; potest sibi faciliter contradici: Nam pro instãti quo Deus agit ista cum homine, non potest resistere nec etiã impedire, sicut argumenta præcedentia docuerunt. Item responsio ista non obuiat nisi in ‖ *actione & continuatione*, non in cessatione & quiescione; quia Deus non potest resistere, nec impedire hominem agentem ne cesset, aut non agentem vt quiescat, quia hoc esset faciendo eum continuare aut nouiter agere: sed hoc non potest Deus, quia si hoc faceret, præueniret naturaliter hominem sic agendo. Nam si homo Deum ibi naturaliter præueniret, potius diceretur hominem facere, Deum continuare aut nouiter facere quippiam quàm è contra: Nam causa naturaliter principalis & prima potius facit causam instrumentalem & secundariam facere quàm è contra. Si ergo in tali actione aut continuatione libera Deus naturaliter præueniat hominem, & voluntas diuina humanam, cum hoc possit contingere in qualibet specie actuum liberorum, in quolibet actu libero secundum speciem voluntas diuina potest humanam naturaliter præuenire: ergo sic præuenit nunc de facto. Nam nulla penitus ratio dari potest, quare duorum actuum liberorum eiusdem speciei respectu eiusdem obiecti ab eisdem duabus causis actorum, &, vt breuiter multa dicam, habentium omnes causas & circumstantias similes specie, in actione vnius naturaliter præueniat voluntas diuina, alterius que humana. Item quicquid est naturale alicui singulari alicuius speciei, est sibi essentiale, scilicet tota sua essentia, vel pars eius, aut aliquid consequens ipsam essentialiter & inseparabiliter, si sic fuerit in sua dispositione maximè naturali: & quicquid est sic essentiale alicui singulari, est sic essentiale speciei & eius cuilibet singulari; alias enim non esset essentiale speciei, nec alicui singulari, sed accidentale & extraneum. Posset enim manente specie, & quolibet eius singulari in dispositione maxime naturali nunc adesse, nunc abesse. Vnde & trina conclusio sequi potest. Prima, quod quicquid est naturale alicui singulari alicuius speciei, est naturale illi speciei. Secunda, quod quicquid est naturale alicui speciei, est naturale eius cuilibet singulari. Tertia, quod quicquid est naturale alicui singulari alicuius speciei, est naturale eius cuilibet singulari. Item species & eius quodlibet singulare habent eandem naturam; ergo quicquid est naturale vni illorum, est & illorum cuilibet naturale. Quare Philosophus 2. de Cœlo 48. & 49. arguit, quod si vna stella mouetur motu circumgirationis aut volutationis, quælibet sic mouetur; & si vna non sic mouetur, nec alia sic mouetur. Et 59. Ex hoc quod vna stella est sphæricæ figuræ, arguit idem vniuersaliter de quacunque. Super quod dicit Auerroes illo commento 59. Dedit demonstrationem naturalem & dixit, Si igitur inueniatur vna stellarum sphærica, necesse est vt omnes sint sphæricæ. Et hoc non est manifestum, sed demonstratio fundatur super hoc, quod omnia corpora cælestia sunt eiusdem naturæ specie, & quod corpora cælestia sunt plura individua ratione specie; & necesse est vt illud, quod existit in aliquo individuorum speciei ex rebus essentialibus, existat in omnibus individuis eiusdem speciei; & quod figura est ex rebus essentialibus in corporibus cælestibus, quia sunt animata. Secundum has igitur propositiones verificatur suus sermo, & non est, sicut diximus, per exemplum: Quare si in actu aliquo libero fuerit naturale, quod Deus præueniat hominem, & diuina voluntas humanam, hoc erit in quolibet naturale. Rursum, nec prædicta responsio obuiat in agendo: Si enim voluntas humana agens liberum actum suum non necessitet, Deum ad coagendum cum illa, quia ipse posset eam libere impedire; ergo tunc Deus liberè non impedit eam ab agendo;

‖ actionis continuatione.

gendo; ergo Deus voluntariè non impedit eam, eamque vult non impedire eam: quia per 2um A
primi Deus habet aliquè actũ voluntatis circa non impedire, & non volutionẽ, quia per 10um
primi, tunc non impedire non esset, quare & impedire tunc esset; ergo volutionem: volun-
tate ergo humana agente, Deus coagit volendo coagere, & volendo non impedire: vel ergò
voluntas humana agendo, sicut præcedit naturaliter volutionem diuinam qua vult agere; sic
etiam præcedit illam volutionem diuinam, qua vult non impedire; vel è contra. Si sic, ergò
vtraque illarum volutionum necessariò sequitur voluntatem humanam agentem. Et per de-
cimum primi, Si Deus vult non impedire, sed coagere, necessariò non impedit, sed coagit,
&c. sicut in principio est argutum. Si è contra, & ab illa volutione diuina, qua vult non im-
pedire, dependet tota actio voluntatis humanæ, tanquam à causa naturaliter præcedente; er-
gò volutio diuina cum voluntate humana concausans liberum actum suum ipsam præcedit
naturaliter in causando. Et si ista Dei volutio, qua vult non impedire voluntatem hominis
ab agendo, eam præcedat naturaliter in agendo; cur non illa eius volutio, qua vult coagere B
cum eadem? Item si voluntas humana diuinam naturaliter antecedat in earum actione com-
muni, & voluntas Christi contra sua humana voluntatem suam diuinam in omnibus de ne-
cessitate consequitur, voluntas puri hominis cuiuscunque esset liberior voluntate humana
Domini Iesu Christi; quod ratio nulla permittit: Quomodo namque deceret quod seruus
esset liberior Domino? discipulusque Magistro? Esset enim corruptissima politia, seu potius
ipsa corruptio politiæ, vt pæne totus liber Politicorum Aristotelis manifestat. Vnde & Lucæ *Lucas.*
sexto; Non est discipulus super Magistrum. Et Ioh. 13. Non est seruus maior Domino suo. *Ioannes.*
Et supra eodem; Vos vocatis me, Magister, & Domine, & bene facitis; sum etenim. Quod
autem in Christo sit duplex voluntas, diuina scilicet & humana, à nullo catholico dubitatur:
quia si Christus habuit duas perfectas naturas, diuinam scilicet & humanam, sicut *Euangelica*
symbola & omnes Doctores catholici contestantur, habuit & perfectè operationes, & per con- C
sequens volutiones illarum. Et è contrario, si Christus habuit vnam tantum operationem,
& vnicam voluntatem, habuit consequenter & vnam naturam tantùm, quod est hæresis
Eutychiana, vt dicit Isidor. 8. Eth. 5 seu 14. Et recitatur in Canone 24. quæst. vit. Quidam au-
tem; Quare & illa hæresis habet ponere hanc etiam hæresin, quod in Christo
est tantum vna voluntas: Ideoque Hieronymus super illud Marc. 14 Spiritus quidem promp-
tus est, caro autem infirma; dicit hoc esse contra Eutychianos qui ponunt vnam tantum vo-
luntatem in Christo, quod etiam quia concessit Macarius Archiepiscopus in Metropolitana
Synodo fuerat condemnatus. Lumbardus quoque 3. sentent. dist. 17. per autoritates quam- *Lumbardus.*
plurimas probat diffusè in Christo fuisse duplicem voluntatem, diuinam scilicet & humanam.
Insuper Damascenus in sententijs suis 36. probat hoc idem. Quod autem voluntas Christi *Damascen.*
humana eius diuinam necessariò sequebatur, potest facilitèr catholicis demonstrari. Quis e-
nim dubitauerit hoc esse decentius & naturalius quàm è contra. Item aliter posset Christus
voluntate humana velle contrarium voluntati eius diuinæ; sicque posset Christus voluntate D
sua diuina velle, quod Christus voluntate sua humana iret ad Orientem, & voluntate sua hu-
mana posset velle, quod eadem voluntate iret ad Occidentem. His igitur voluntatibus stan-
tibus, non posset ire ad Occidentem, quia tunc voluntas humana superaret diuinam, contra
decimum primi: nec ad Orientem, quia tunc hoc suppositum iret voluntariè, inuitum tamen
& nolens; & sic idem totum suppositum faceret idem factum voluntariè & inuitè respectu e-
iusdem totius suppositi, & liberè volens, liberè quoque nolens; & hoc etiam secundum ean-
dem naturam nec staret in medio, quia tunc voluntas humana impediret diuinam, cum ta-
men diuina sit potentior infinitè; ipsa quoque diuina voluntas à suo proposito frustaretur,
contra decimum primi libri. Alias etiam Christus filius Dei & Deus potuit indebitè voluisse
& per consequens peccauisse, quod est nimis erroneum & absurdum: Nam secundum Philo- *Philosophus.*
sophum primo & septimo Metaphys. Actus & operationes sunt circa singularia, & singulari-
um siue suppositorum; Christus autem fuit suppositatus natura suppositatione diuina, scili- E
cet verbi Dei, sicut per testimonia satis authentica ostendit Lumbardus 3. sentent. dist. 5. Si
ergo Christus secundum voluntatem suam humanam iniustè quicquam volendo peccasset,
illud totum suppositum, scilicet verbum Dei, & Deus sic iniustè volendo peccasset, sicque
|| humana || *summa* iustitia esset iniusta, summa rectitudo distorta, & summa bonitas esset mala; summa
quoque beatitudo siue fælicitas summæ miseriæ subiaceret, cum absurditatibus alijs infinitis.
Item si Deus posset peccare, posset mentiri, sicque summa veritas esset falsa. Vnde Apostolus
ad Hebr. 9. loquens de Deo sic dicit; Abundantius volens ostendere pollicitationis hæredi-
bus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus
impossibile est Deum mentiri, fortissimum solatium habeamus. Glossa, per duas res immo- *Glossa.*
biles,

A biles, id est, per promissionem & iuramentum. Item 2. ad Timoth. 3. Ille, scilicet Christus,
fidelis manet, negare seipsum non potest. Glossa, Qui est veritas, quod faceret, si dicta sua
non impleret? Hoc autem quod seipsum negare non potest, laus est voluntatis diuinæ. Et Nu-
mer. 23. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur. Vnde tibi opinanti quod Deus possit *Numer.*
mentiri, potest bene dicere illud Psalmi 49. Existimasti iniquè quod ero tui similis, quia om- *Psalmus.*
nis homo mendax: Ideoque arguam te, & statuam contra faciem tuam. Vnde & ipsa veritas
Iesus Christus huiusmodi mendaces redarguens, deducit eos ad istud tanquàm ad impossibile *Anselmus.*
manifestum, quod ipse foret similis eis mendax, Ioh. 7. Item Anselmus 2. Cur Deus homo
10. tractans illud Iohannis præmissum, inquirens nunquid Christus potuit mentiri, dicit,
quod habuit potestatem, sed non habuit, nec habere potuit voluntatem: vnde sic ait; Om-
nis potestas sequitur voluntatem. Cum enim dico, quod possum loqui, vel ambulare, subau-
ditur, si volo; Si enim non subintelligitur voluntas, non est potestas, sed necessitas. Possu-
mus itaque dicere de Christo quia potuit mentiri, si subauditur, si vellet; & quoniam non po- B
tuit mentiri nolens, nec potuit velle mentiri, non minus dici potest, nequiuisse mentiri: sic itaq;
potuit & non potuit mentiri. Item si Christus potuit mentitus fuisse, potuit mendacter prædi-
casse, & similiter docuisse verbo & facto, quod qui concesserit totam fidem Catholicam nimia
hæsitatione perfundet, ac suspicione nimia fermentabit. Item Augustinus de prædest. sanct. 19. *Augustinus.*
loquens de Christo, sic ait; Nunquid metuendũ fuit ne accedente ætate homo ille libero pec-
caret arbitrio, aut ideo in illo non libero voluntas erat, ac non tanto magis libera erat, quanto
magis seruire peccato non poterat? Idem de Correptione & gratia 46. Neque enim metuen-
dum erat ne isto inæstimabili modo in vnitatem personæ à verbo Deo natura humana suscep-
tae liberum arbitrium voluntatis peccaret, cum ipsa susceptio talis esset, vt natura hominis
à Deo suscepta, nullum in se motum malæ voluntatis admitteret. Idem Enchiridij 45. Mo- *Augustinus.*
dus, inquit, iste quo natus est Christus de spiritu sancto, non sicut filius, insinuat nobis grati-
am Dei, qua homo ille nullis præcedentibus meritis in ipso exordio naturæ suæ quo esse cepit,
Verbo copularetur in tantam personæ vnitatem, vt idem esset filius Dei qui filius hominis &
filius hominis qui filius Dei, & sic in naturæ humanæ susceptione fieret quodammodo ipsa
gratia illi homini naturalis, qua nullum peccatum posset admittere. Item Lumbardus 3. sent. *Lumbardus.*
dist. 12. ita scribit; Non immerito quæritur, Vtrum ille homo potuit peccare, vel non esse? De-
cisum est; Si enim potuit peccare, potuit damnari; si potuit damnari, potuit non esse Deus; ergo si
us: Si enim potuit peccare potuit non esse Deus; quia esse Deum, & posse velle iniquitatem simul esse ne-
potuit peccare potuit non esse Deus; quia esse Deum, & posse velle iniquitatem simul esse ne-
queunt. Hic distinctione opus est, Vtrum de persona, an de natura agatur: Si enim de per-
sona agitur, manifestum est, quia peccare non potuit, nec Deus non esse potuit: Si verò de
natura, discutiendum est vtrum agatur de ea vt verbo vnita, an de ea tanquam non vnita ver-
bo, & tamen enti, id est, aut de ea secundum quod fuit vnita verbo, aut de ea secundum quod
esse potuit, & non vnita verbo. Non est enim ambiguum, animam illam entem vnitam ver-
bo peccare non posse; & est sine ambiguo verum, eandem si esset, & non vnita verbo, posse
peccare. Item si Christus secundum voluntatem suam humanam posset peccare, posset etiam
secundum intellectum suum humanum decipi & errare: minus enim est sic decipi quàm pec-
care: sicque summa veritas esset falsa, & summa sapientia falleretur, cum in conuenientijs a-
lijs multis nimis. Per has autem rationes præmissas probat Damascenus easdem conclusio-
nes in sententijs suis 36. sic dicens; Oportet autem scire quoniam in Deo voluntatem qui-
dem dicimus, electionem autem principaliter non dicimus. Non enim consiliatur Deus: Ig-
norantiæ est enim consiliari: de eo quod cognoscit, nullus consiliatur. Si autem consilium
est ignorantiæ, omnino & electio; Deus autem omnia noscens simpliciter non consiliatur;
neque vero in diuina anima inquirit consilium vel electionem; non enim habuit ignoran-
tiam; & si ignorantis futura natura erat, sed tamen secundum hypostasim vnita Deo verbo
omnium cognitionem habebat, non gratia, sed vt dictum est, propter eam quæ secundum
hypostasim vnionem: idem enim erat Deus & homo; Ideoque sententialem habebat volun-
tatem. Voluntatem enim habebat naturalem simplicem, eam, quæ in omnibus hypostasibus
hominum similiter considerarur: Sententiam, id est, theleton, id est, voluntabile non habebat
sancta eius anima contrarium diuinæ eius voluntati, nec aliquid præter diuinam voluntatem
eius. Sententia enim simul diuiditur cum hypostasibus præterquàm in sancta & simplici &
incomposita, & indiuisibili trinitate & deitate. Illic enim hypostasibus non in totum diuisis &
distantibus, neq; quod voluntabile diuiditur, & illic quidem quia vna est natura, vna & natura-
lis voluntas; quia vero & hypostases indistabiles sunt, vnum est & quod voluntabile, & vnus
est motus trium hypostasium. In hominibus autem quia natura vna est, vna & natu-
ralis voluntas, quia vero & hypostases separatæ sunt, & distant ab inuicem & secun-
dum

dum locum, & tempus, & eam, quæ ad res est, dispositionem; & secundum alia plurima sunt A differentes voluntates & sententiæ. In Domino autem nostro Iesu Christo, quia quidem differentes sunt naturæ, differentes sunt & voluntates naturales suæ diuinitatis, & [suæ] humanitatis, scilicet voluntatiuæ virtutes: quia verò vna hypostasis, & vnus volens vnum, & quod voluntabile scilicet gnomicon, id est, sententiatiua voluntas humana sua voluntate sequente, scilicet suam diuinam voluntatem; & hac volente quæ diuina eius voluntas volebat eam velle, ecce quod humana Christi voluntas eius diuinam consequitur voluntatem. Et si Damasceno & mihi credere non velitis, credite ipsi Christo, qui Ioh. 12. ita dicit; Ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et Ioh. 5. Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico, & iudicium meum verum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me Patris: ergo voluntas eius humana sequitur voluntatem Patris; quare & voluntatem Christi diuinam in omnibus necessariò sequebatur. Vnde Augustinus super Ioh. libro secundo, homilia 45. siue 49. totius, sic ait; Propter personam Filij vnam ex duabus substantijs diuina humanaque constantem, aliquandò secundum id quod Deus est loquitur, vt est illud, quod ait; Ego & Pater vnum sumus: aliquando secundum id quod homo est; vt est illud; Quoniam Pater maior me est: secundum quod accepimus ab eo dictum & hoc vnde nunc disputo; Non possum à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico. Item Augustinus 1. super Iohan. homilia 20. Ambulauit Filius super mare, pedes carnis fluctibus imposuit: caro ambulabat, & diuinitas gubernabat. Nonne & Esaiæ 11. scribitur sic de Christo? Requiescet super eum spiritus Domini. Super, inquit, non subtus, nec iuxta. Et infra 41. Quis, inquit, Dominus, suscitauit ab Oriente iustum? Glossa, id est, Christum. Vocauit eum, vt sequeretur se. Glossa, quis nisi ego? Et infra ‖49. Timebunt, qui ab Occidente nomen Domini; & qui ab ortu solis, gloriam eius cum venerit, quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit; quod intelligitur planè de Christo. Et infra 61. Spiritus Domini super me &c. Quod C in persona Christi proculdubio dicebatur, sicut ipsemet Christus Luc. 4. clarissimè attestatur: Vnde & supra ‖*eisdem*, Agebatur in desertum à spiritu. Et Matth. 4. Iesus ductus est in desertum à spiritu. Et Marci primo, Expulit eum spiritus in desertum; quæ omnia Doctores intelligunt de spiritu sancto Deo. Vnde & Chrysostomus super illud Marc. 1. Præmissum, dicit, quod Euangelista non ostendit eum simpliciter euntem in desertum, sed expulsum, vt hoc intelligas fieri iuxta diuinæ dispositionis verbum. Item Anselmus 1. Cur Deus homo. 9. sic dicit; Quod autem ipse ait; Non veni voluntatem meam facere, sed eius qui misit me, tale est, quale est illud, Mea doctrina non est mea: Nam quod quis non habet à se, sed à Deo, hoc non tam suum quàm Dei dicere debet. Nullus ‖*verò* homo à se habet veritatem quam docet, aut iustam voluntatem, sed à Deo: non ergo venit Christus voluntatem suam facere, sed Patris, quia iusta voluntas quam habebat non erat ex humanitate, sed ex diuinitate. Et infra 10. D Potest, inquit, rectè intelligi, quia per illam piam voluntatem qua voluit Filius pro salute mundi mori, dedit illi Pater, non tamen cogendo, mandatum, & calicem passionis, & non pepercit illi, sed pro nobis tradidit illum, & mortem illius voluit; & quia ipse Filius obediens fuit vsque ad mortem, & didicit ex his quæ passus est obedientiam: Quemadmodum enim secundum humanitatem non habebat à se voluntatem iustè viuendi, sed à Patre; ita & voluntatem illam qua vt tantum bonum faceret mori voluit, non potuit habere nisi à patre luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Et sicut pater trahere dando voluntatem dicitur, ita non incongruè sit, si impellere asseritur: Sicut enim Filius dicit [de Patre] Nemo venit ad me nisi Pater traxerit eum; Ita dicere potuit, nisi impulerit eum. Similiter quoque proferre potuit; Nemo currit ad mortem propter nomen meum, nisi Pater impulerit, aut traxerit eum. Quoniam namque voluntate quisq; ad id, quod indeclinabiliter vult, trahitur vel impellitur, non inconuenienter trahere aut impellere Deus, cui talem E dat voluntatem, affirmatur. In quo tractu vel impulsu nulla intelligitur violentiæ necessitas, sed acceptæ bonæ voluntatis spontanea, & amata tenacitas. Item Propheta, Tenuisti, inquit, manum dextram meam, & in voluntate tua deduxisti me, Psalmo 72. Quod in persona Christi hominis dicit Deo, sicut docent expositiones sanctorum, quod & testatur Ecclesia, quæ tempore passionis Dominicæ, scilicet Dominica palmarum, canit hunc versum in Missa. Voluntas ergo Christi diuina tenet & deducit eius voluntatem humanam, quare & eam naturaliter antecedit. Item Apostolus 1. ad Cor. 15. loquens de Patre, & Filio suo Christo secundum formam serui; Omnia, inquit, subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia: cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc ipse Filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia. Glossa, præter eum, id est, diuinitatem

Augustinus. B

Augustinus.

‖59. *Esaias.*

‖ibidem. *Lucas.* *Matth.* *Marcus.* *Chrysost.* *Anselmus.*

‖enim.

Propheta.

Apostolus.

Glossa.

A diuinitatem eius, qui sicut ex nullo est, ita nulla ratione potest alicui esse subiectus: Ipse enim principium est omnium. Ideò Deus non ei subiectus, sed potius ipse Deo secundum quod homo. Et quod ait; Ipse subiectus erit, non hoc ita dicit, quinetiam modo subiectus sit, sed quodam genere locutionis vtitur, quo plerumque loquitur Scriptura, vt quod semper est, tunc in aliquo fieri dicatur, cum incipit cognosci. Amplius autem isti præponentes se Deo, nedum volunt esse liberiores Christo secundum voluntatem suam humanam, verumetiam secundum voluntatem [suam] diuinam, & Spiritu sancto similiter, quia nec Filius Dei, nec Spiritus sanctus aliquod velle potest habere, nisi quod priùs quodammodo causauerit & dederit eis Pater, & Spiritui Sancto, Pater simul cum Filio. Imò nec intelligere, aut esse, aut quicquam omnino possunt habere, nisi quod à suo principio eis manat & causaliter derivatur: Habent enim esse à suis principijs causatiuis, quare & posse intelligere, velle, & cætera vniuersa. Et quis in ista beatissima Trinitate præsumet asserere Trinitatem personarum omninò confusam, & nullum ordinem penitus inter illas? Nonne apud Theologos Pater dicitur principium Filij? Nonne & Pater dicitur principium totius diuinitatis? Nonne & Pater dicitur prima B persona? Nonne causa producens, generans, & dans esse aliquo modo præcedit causatum, producetum, ‖*genitum*, & illud cui dat esse? Quis Philosophicus, aut Theologicus illud negetur? Vnde & Hermes de mundo & Cœlo 1. Docens quod tria sunt rerum principia, videlicet causa, ratio, & natura, dicit à causa sua causatum præcedit, & intelligit ibi per causam, causam primam simpliciter penitus non causatam, scilicet Deum Patrem, qui primo causat rationem procedentem ab eo; scilicet Filium, & per ipsum vniuersam naturam. Quapropter & ait; Ratio ex causa, & ex vtroque natura. Et infra; Ratio est vis, quædam à causa procedens, à principio cuncta ordinans: vbi & accipit ista tria, ratio, *nous* & mens diuina indifferenter & conuertibiliter pro eodem; sicut secundo primi breuiter tangebatur. Huic quoque sententiæ & multa alia Philosophica atque Poetica constat testimonium perhibere, quorum quædam se- C cundo primi fuerant recitata. Nonne & hoc videtur sensisse Paulum, cum dixit, quòd Deus, scilicet Pater, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio suo, per quem fecit & sæcula, & quod est splendor gloriæ & figura substantiæ eius &c. Ad Hebr. 1. Quare & Chrysostomus super illam epistolam homilia secunda, sic ait; Dicitur operari per Filium, quia eum constat opificem genuisse: Si enim causa est eius Pater secundum quod Pater est, multò amplius eorum causa quę per Filium facta declarantur. Qui & Roberto Lincolniensi Episcopo de libero arbitrio 9. recitante, sic ait super, In principio erat verbum; Præcedit Pater verbum, non natura, sed causa; præcedit Pater Verbum causaliter, præcedit Filius omnia quæ per illum facta sunt naturaliter. Cui & concorditer Augustinus 83. quæstionum decimasexta scribit ita; Deus omnium quæ sunt causa est. Quia autem omnium rerum causa est, etiam sapientia; Deus omnium quæ sunt causa est. Quia igitur sempiternæ sapientiæ causatię suæ causa est, nec vnquam Deus sine sapientia fuit; suæ igitur sempiternæ sapientiæ causa est sempiterna, nec tempore prior est quàm sua sapientia. Deinde si sempiternum Patrem esse D Deo inest, nec fuit aliquando non Pater, nunquam sine Filio fuit: Qui & de triplici habitaculo, siue de gaudijs iustorum & pœnis malorum, dicit, quod Pater non præcedit Filium tempore, sed origine. Vnde & Richardus 5. de Trinitate 6. distincta triplici processione, videlicet immediata tantummodo, mediata tantummodo, & mediata simul ac immediata: Et infra eiusdem 7. 8. & 9. ostendit quod prima & tertia processio sint in diuinis, sed secunda nequaquam; dicitque processionem Filij à Patre esse immediatam tantummodo; processionem verò spiritus sancti à Patre & Filio mediatam simul & immediatam, hac eoque processionem esse priorem naturaliter altera, & vnam personam esse priorem causaliter, & ideo naturaliter altera. Vnde & illo cap. 7. scribit ita; Naturaliter prior est dualitas quàm trinitas: nam illa potest esse sine ista, ista verò nunquam sine illa: naturaliter itaque & illa processio prior est quæ potest subsistere in personarum dualitate, quam illa quæ non potest esse sine personarum* Trinitate. Sed in illa personarum pluralitate & vera æternitate nihil ibi aliud E præcedit, nihil ibi alteri succedit, & eo ipso nihil ibi tempore prius, nihil ibi tempore posterius: sed quod non potest esse prius temporaliter, potest esse prius causaliter, & eo ipso naturaliter: Sicut enim longè superius diximus, perfectio personæ vnius exigit vtique consortium alterius, & ita fit vt vna sit causa alterius. Nonne & Augustinus 15. de Trinitate 17. dicit, quod Spiritus sanctus principaliter procedit à Patre? Verum vel huius sublimitas inaccessa, & verba Doctorum præmissa, tum propter sui profunditatem, tum propter sui contrariętatem superficialiter apparentem, pium & religiosum auditorem, siue lectorem requirunt, humilem & prudentem. An non & Filius ipse dicit, Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est? Ioh. 10. Quod debet intelligi de Filio secundum diuinitatem ipsius, testante Augustino 1. part. super Iohan. sermone 48. Et Hilario 7. de Trinitate: Et Innocentio Papa tertio in Concilio

Rabanus.

Richardus.

Richardus.

Augustinus.

Johannes. *Augustinus.* *Hilarius.* *Innocentius.*

Concilio generali, *Extra*, de summa trinitate & fide catholica, Damnamus: quod videlicet Pater gignendo Filium dedit ei suam substantiam, suam essentiam, & esse plenarium ‖ *divinitatis*; Dedit ei vt Deus esset, vt coæternus Patri esset, vt æqualis Patri esset, & hoc maius est omnibus creaturis, & creabilibus vniuersis. Et nonne per verbum præteriti temporis, Dedit, aliqualis prioritas designatur originis siue causæ? Nonne ergo & modo consimili Filius recipit, & habet à Patre, & Spiritus Sanctus pariter ab vtroque totum suum cognoscere atque velle? Nonne Ioan. 5°. ex ore Filij scribitur isto modo, Non potest Filius à se quicquam facere, nisi quod viderit Patrem facientem? quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit: Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. Et infra 8. A memetipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et 16. spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur. Quare & Aug. super Ioan. Hom. 20. exponendo primam Autoritatem istarum, hoc est, inquit, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem, quia videre filij hoc est natum esse de Patre, non alia visio eius, & alia substantia eius, nec alia potentia eius, alia substantia eius; totum quod est de Patre est, totum quod potest de Patre est, quoniam quod potest & est, hoc vnum est, & de Patre totum est. Qui & homilia 40. exponendo secundam, Incorporaliter, inquit, Pater locutus est Filio, quia incorporaliter Pater genuit Filium, nec eum sic docuit, quasi indoctum genuerit; sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse; & hoc est docuit me Pater, quod est, scientem genuit me Pater: Si enim quod pauci intelligunt, simplex est natura veritatis, hoc est ‖ *filio* esse quod nosse; ab illo ergo habet vt noverit, à quo habet vt sit; non vt prius ab illo esset, & ab illo postea nosset; sed quemadmodum illi gignendo dedit vt esset, sic gignendo dedit, vt nosset, quia simplicis, vt dictum est, Naturæ veritatis esse & nosse, non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum. Vnde & 35°. propositio sententiarum Prosperi sententialiter videtur extracta, quæ dicit; Non sic docuit Pater Filium, quasi indoctum genuerit, & scientiam contulerit nescienti, sed intemporalis doctrinæ est intemporalis essentia; hoc est à Patre doceri, quod est à Patre generari, quia simplicis naturæ esse & nosse, non est aliud atque aliud, sed idipsum. Quare & 374. sic ait; Quicquid Deus Pater [Deo] Filio dedit, gignendo dedit: Ita enim dedit Filio Pater, sine quibus Filius esse non posit, sicut ei dedit vt esset, ideo quomodo verba daret aliqua in quo ineffabiliter dixit omnia? Augustinus etiam super illud Psalmi 118. Super omnes docentes me intellexi, tractans eandem autoritatem, sic ait; Dicit ipse Filius, Sicut docuit me Pater, hæc loquor: quod difficillime ex persona verbi intelligitur, nisi quis vtcunque capere valeat, id esse Filium à Patre doctum quod genitum. Cui enim non est aliud esse, aliud doctum esse, sed quod est illi esse, hoc est doctum esse; profecto à quo ei est esse, ab illo simul est ei doctum esse: ex persona verò hominis vbi formam serui accepit, faciliùs intelligitur à Patre didicisse quæ dixit. Qui & super Ioan. parte secundæ, homilia 45ª. siue ‖ 49. totius, exponendo tertiam autoritatem præmissam; Non loquetur, inquit à semetipso, quia non est à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur: ab illo audiet, à quo procedit; audire illi scire est, scire verò, esse; sicut superius disputatum est. Quia ergo non est à semetipso, sed ab illo à quo procedit, à quo illi est essentia, ab illo scientia, ab illo ergo audientia, quod nihil est aliud quàm scientia. Ex isto quoque loco, 3682ª. propositio sententiarum Prosperi videtur extracta. Amplius autem si Filius vel Spiritus Sanctus posset aliquod velle habere ex se, id est velle proprium, quod Pater ei non daret, posset in illa beatissima, & concordissima Trinitate esse discordia, & contrarietas voluntatum, quare & aliqua personarum vel quælibet posset esse non beatissima, imò & misera, sicut patet per octauam partem corollarij primi, primi. Dicitque beatus Augustinus 13. de Trinitate 5. Beatus non est nisi qui & habet omnia quæ vult, & nihil vult malè; aliqua quoque persona posset non esse omnipotens, & non habere voluntatem vniuersaliter efficacem: Contrariarum etenim voluntatum vna necessariò impeditur, vel ambæ; quare & posset non esse Deus, contra primam suppositionem, tertiam partem, sextam, septimam, & octauam corollarij primi, primi. Adhuc autem & si sic esset, posset vna persona creare, altera non creante, quod omnibus Theologis constat esse falsissimum, quod ideo breuibus confirmabo: Ipse ‖ *nempe* Filius Dei, dicit; Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, Ioan. 5. & infra, Amen, Amen, dico vobis; Non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem; quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Super quod dicit Augustinus, 1. super Ioan. homilia 20. Catholica fides hoc habet firmata spiritu Dei in sanctis eius contra omnem hæreticam prauitatem, quia Patris & Filij opera inseparabilia sunt; Et infra, Non tantum Patris & Filij; sed etiam Spiritus Sancti, sicut est æqualitas & inseparabi-

A
‖ Deitatis
Ioannes.
Augustinus.
B
Augustinus.
‖ filius
C
Prosper.
Augustinus
‖ 99
D
‖ namque
Ioannes.
Augustinus.
E

A nabilitas personarum, ita etiam opera inseparabilia sunt; & hoc ostendit principaliter & quasi singulariter, sed diffusè per totam illam vigesimam homiliam. Est etiam istud totum contra autoritatem Damasceni superius allegatam. Hoc etiam destruitur manifestè per autoritatem Christi proximè allegatam; Non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit; quod ideo dictum est, vt patet diffusè per Augustinum, illa homilia vigesima memorata; quia sicut Filius non est, nec esse potest à se, sed à Patre; sic nec facit, nec facere potest quicquam à se solo, sed à Patre. Item Ioan. 5. Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio iudico, & iudicium meum verum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me Patris. Quod Augustinus 1. super Ioannem, homilia 22ª. exponit de Filio non secundum naturam suam humanam, sed diuinam modo prædicto: quanquam & de ipso secundum naturam eius humanam conuenientius forsitan possit exponi; maximè quia ibi expressiùs

B primitur diuersitas voluntatum in Filio, & in Patre; quod quantum ad naturam suam diuinam non potest intelligi quomodo, vt patet per præmissa, & quia aliter, non esset illa beatissima Trinitas summè vna, dicitque Augustinus illa homilia 22ª. Trinitatis huius vna voluntas, vna potestas, vna maiestas: Quare & 2. super Ioannem, homilia quadragesima quinta exponit istam autoritatem de Christo secundum naturam eius humanam, sicut erat superius allegatum. Vnde potest colligi euidenter, quod tales autoritates dictæ de Christo vtroque modo possunt intelligi & exponi; quod & idem testatur super illud Psalmi 118. super omnes docentes me intellexi, superius allegatus. Item Ioan. 12. Ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar; & scio quia mandatum eius vita æterna est: Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor; & infra 14. verba quæ ego loquor vobis à meipso non loquor; Pater autem in me manens, ipse facit opera. Hæc etiam Augustinus 1. super Ioan. homilia 54. scilicet vltima; & C 217ª. exponit de Filio modo præmisso, scilicet secundum naturam eius diuinam. Vnde illa homilia 17ª. Non, inquit, non loquitur Filius à seipso, quia non est à seipso: & ideo Pater in illo manens facit opera; quia per quem, & cum quo facit, non est nisi ab ipso; qui & de verbis Domini sermone 56. eandem autoritatem eodem modo exponit, dicitque, Ei quippe tribuit, quicquid facit, de quo est ipse qui facit. Amplius autem si voluntas humana naturaliter præcedat diuinam in actione communi; voluntas humana est causa prior naturaliter, quare voluntas Dei agit, ergo quare ipsa vult, sicut per corollarium decimi primi patet, quod est contra vigesimum primi libri. Item si voluntas diuina qua vult præsentialiter agere, dependeat à voluntate humana præteriti, tanquam à causa priori; eadem ratione voluntas sua æterna qua æternaliter voluit nunc agere, æternaliter dependebat à voluntate humana æternaliter nunc futura, tanquam à causa priori; & cùm Deus nesciat ista complexa posteriora nisi per suam voluntatem, sicut 18ᵘᵐ. primi probauit; patenter consequitur, quod ista po-

D steriora sunt causæ diuinæ ‖ *essentiæ*, contra decimum quintum primi, & alia quæ sequuntur; Imò & sequitur manifestè, quod Deus nesciat certitudinaliter hæc futura, nec præsentia, quare nec præterita, sicut per decimum octauum primi faciliter apparebit; Deus enim nescit determinatè & certè futura, nisi per aliquid determinatum sibi & certum; sed voluntas libera secundum contradictionem respectu actus sui futuri contingenter æqualiter, non est determinata, & certa respectu illius: alioquin ille actus esset determinatè & certè futurus, & non ad vtrumlibet contingenter; nec Deus est certus de actu illo futuro per suam propriam voluntatem, quia voluntas sua diuina nihil vult nec agit in talibus, nisi præueniatur voluntate humana; sed talis præuentio est indeterminata penitus & incerta. Adhuc autem si voluntatem humanam nunc agere, sit prius naturaliter quam voluntatem diuinam nunc agere, ipsam nunc agere est causa prior naturaliter, quare voluntas diuina nunc agit: ergo ipsam semper fuisse nunc acturam, semper fuit causa prior naturaliter; Quare voluntas diuina semper voluit nunc

E agere, Nam secundum Philosophum 2. Post. 3. quæ verè est causa essendi quodcunque, eadem est causa fiendi, siue esse & futuri esse; ergo istud esse futurum fuit causa prior naturaliter, quare Deus hoc voluit esse futurum, non è contra, contra decimum quartum primi libri, quod & rationes illius capituli reprobant & condemnant. Item si aliquo futuro demonstrato, hoc esse futurum est causa quare Deus vult hoc esse futurum; & per idem 14. Deum velle hoc esse futurum est causa quare hoc est futurum; ergo hoc esse futurum est causa quare hoc est futurum. Et similiter potest deduci, quod rem esse præsentem est causa quare ipsa est præsens, iuuante nono primi, & autoritate Philosophi superius allegata. Item si voluntatem humanam esse quicquam acturam, esset causa volutionis diuinæ æternè prioris, ipsam esse acturam esset causa prior naturaliter prædestinationis & reprobationis diuinæ: quare & ipsam præsentia-

Augustinus.
Ioannes.
Augustinus
Ioannes.
Augustinus.
‖ scientiæ

præsentialiter agere, esset causa prior naturaliter effectu prædestinationis, scilicet collatio- A
nis gratiæ in præsenti: quorum vtrumque est hæresis Pelagij à Patribus condemnata, sicut
patet 45. & 35. primi cum alijs, quæ sequuntur, quorum & vtrumque eadem capitula con-
demnabant. Amplius autem si voluntas humana diuinam præcederet naturaliter in agendo,
res humanæ diuinæ prouidentiæ non subessent, contra vigesimum septimum primi & alia
quæ sequuntur: Imo quod est multum indignius, si sic esset, volutiones diuinæ humana pro-
uidentia regerentur, sibique subessent, quod est omnino contrarium rationi; Nam secundum
verum iudicium rationis, Sapientis & boni est regere insipientes & malos, & sapientioris &
Philosophus. melioris minus sapientes, & eis per omnia prouidere. Vnde Philosophus 1. Metaphys. in
|| sapientio- Prolog. existimamus || *principaliorem* subseruiente magis esse sapientiam: Non enim ordina-
rem ri, sed sapientem ordinare oportet, nec hunc ab altero, sed ab hoc minus sapientem suaderi.
Et 5. Eth. 11. Non sinimus principari hominem, sed rationem. Et 1. Polit. 1. Quod potest
mente præuidere, hoc principans naturâ & dominans. Et infra tertij nono: Qui intellectum B
iubet principari, videtur iubere principari Deum & leges; qui autem hominem iubet, appo-
Tullius. nit & bestiam. Et Tullius 3. de Repub. Annon, inquit, cernimus optimo cuique domina-
tum ab ipsa natura cum summa vtilitate inferiorum datum? Vnde & Sapient. 7. & 8. secun-
dum quotationem quorundam; Sapientiam autem non vincit malitia, attingit autem à fine
vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sed quis nesciat hæc prædicta peram-
plius & perfectius infinitè in Deo reperiri, quàm in homine? Ipse ergo secundum sententi-
Philosophus. am Philosophi 12. Metaphys. in fine, est vnicus omnium summus princeps. Item tunc homo
agens quippiam esset artifex principalis, & Deus eius quodammodo instrumentum, cum ta-
men naturaliter sit è contra, sicut quamplures autoritates Philosophicæ & Theologicæ alle-
Ieremia. gatæ vicesimo secundi planissimè contestantur. Vnde & Ierem. 18. ait Dominus; Ecce sicut
lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. Amplius autem tunc Deus non esset
omnipotens: Non enim posset facere hominē velle quantūcunq; ipse Deus hoc vellet; quia C
si posset, faciat: ergo Deus hominē in aliqua hora velle, in qua ipse homo se statuit minime
voluturū, & in qua minime voluisset, nisi Deus hoc fecisset: aut ergo in illa volutione naturali-
ter præuenit humana voluntas, aut diuina; Si humana, ergo Deus non facit hominē istū velle,
sed magis è contra, sicut superius est argutum; Si diuina, ergo sic est in omnibus, sicut superius
est ostensum. Imo secundum hypothesin, quantumcunq; Deus prius naturaliter aut antece-
denter voluntati humanæ hoc velit, ipsa nullam actionem producet, quia tunc voluntas hu-
mana naturaliter præueniret, sicut hypothesis illa ponit. Nec ille dignè censetur omnipo-
tens, qui agendo quippiam necessario eget auxilio agentis prioris, qui ipsum naturaliter pre-
ueniat in agendo. Nec potest quis fingere, quod istud nequaquam sub omnipotentia conti-
netur: Istud enim est vnum verè factibile; Imò & tunc homo esset potentior Deo in hac par-
te. Licet enim Deus vellet hominem velle quicquam, & faceret ad hoc, quantum posset ad D
vltimum, posset homo libere sibi resistere & non velle: Omnes enim res humanæ sunt præ-
ordinatæ, & prouisæ per prouidentiam diuinæ voluntatis æternam, sicut vigesimum septi-
mum primi cum sequentibus manifestat: ergo omnes causæ inferiores ex equentes istam præ-
ordinationem & prouisionem in motu suo quolibet aut quiete, huic voluntati diuinæ necessa-
riò sunt subiectæ, ipsique de necessitate obediunt imperanti. Nimis etenim factuum videre-
tur, ipsum prouidere, aut præordinare quodcunque, nisi illud posset perficere in effectu. Qua-
Philosophus. re & dicit Philosophus 3. Eth. 8. quod Consilium est possibilium quæ vtique per nos fient.
Esaias. Vnde & summus Philosophus Esaiæ 46. Consilium, inquit, meum stabit, & omnis voluntas
mea fiet: locutus sum, & adducam illud, creaui, & faciam illud. Et Esaiæ 51. Cogitauit Domi-
nus, & fecit quæcunque locutus est. Alias etiam posset voluntas humana frustrari diuinam,
quare & reddere || *miserum* fœlicissimum Deum nostrum, contra decimum primi libri, & con-
|| miseri- tra omnes fœlices & etiam miseros quantumcunque. Vnde & Parab. 21. non est Sapientia,
mam Parabola. non est prudentia, non est consilium contra Dominum; equus paratus ad diem belli, Domi- E
nus autem salutem tribuet. Item Ecclesiastici 42. Magnalia sapientiæ suæ decorauit quæ est
Ecclesiastic. ante sæculum, & vsque in sæculum, neque adiectum est, neque minuetur, & non eget alicuius
|| auxilio || *consilio*. Quam desiderabilia sunt omnia opera eius, & tanquam scintillam quæ est consi-
derare omnia hæc viuunt & manent in sæculum [sæculi] & in omni necessitate omnia || *obaudi-*
|| obediunt *unt* ei. Et Parab. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocunque
Parabola. voluerit, inclinabit illud. Multa insuper alia istis similia vigesimo secundi sunt plenius allega-
ta. Dicitque Augustinus Enchirid. 77. Quis porro tam impie delirat, vt dicat Deum malas
Augustinus. hominum voluntates quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit, in bonum non pos-
se conuertere? Et de correptione & gratia 69. Sic enim seu velle, seu nolle in volentis, aut no-
lentis

A lentis est potestate, vt diuinam voluntatem impleat, nec superet potestatem. Et 71. Deus ma-
gis habet in potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas. Item humana volutio est donum
Dei, vt patet vicesimo secundi: ergo per septimum secundi non est antecedenter ab homine,
sed à Deo. Item fideles rationabiliter petunt à Deo, vt faciat homines velle hoc vel illud; vt
patet 20° secundi: ergo Deus antecedenter hoc facit, vt patet quadragesimo sexto primi. I-
tem tunc voluntas humana in merendo, in conterendo, in resurgendo à peccato, & in bonum
quodlibet faciendo Deum & voluntatem diuinam naturaliter antecedit; quare & actionem
gratiæ multo magis. Quæ omnia sunt falsa, & hæresi Pelagianæ coniuncta, sicut per 35. 36.
37. 38. 39. & 41um. primi patet, & per autoritates Scripturæ, & Doctorum ibi copiosius alle-
gatas. Vnde & Apostolus ad Rom. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex Apostolus.
ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et Iob. 41. Quis autem dedit mihi, vt reddam ei? Iob.
B Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Super quod Gregorius 33. Moral. 22. sic scribit; Ne- Greg.
mo quippe, vt diuina illum gratia subsequatur, aliquid prius contulit Deo: Nam si nos Deum
bene operando præuenimus, vbi est quod Propheta ait, Misericordia eius præueniet me? Si
quid nos bonæ operationis dedimus vt eius gratiam mereremur, vbi est quod Paulus Apo-
stolus dicit, Gratiâ salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed hoc donum Dei est, non
ex operibus vestris? Si nostra dilectio Deum præuenit, vbi est quod Iohannes Apostolus di-
cit, Non quasi nos, dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos? Vbi est quod per
Hoseam Dominus dicit, Diligam eos spontaneè? Si sine eius munere, nostra virtute Deum
sequimur, vbi est quod per Euangelium veritas protestatur, dicens; Sine me nihil potestis fa-
cere? Vbi quod ait; Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum? Vbi
quod iterum dicit; Non vos me elegistis, sed ego elegi vos? Si saltem dona bonorum operum
nostra virtute bene cogitando preuenimus, vbi quod rursum per Paulum tam subtiliter dici-
C tur, vt omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cum ait; Non quia
sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est?
Nemo ergo Deum meritis præuenit, vt tenere eum quasi debitorem possit: sed miro modo
æquus omnibus conditor, & quosdam prælegit, & quosdam in suis reprobis moribus iuste
deseruit, nec tamen electis pietatem sine iustitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus
præmit; nec rursum reprobis iustitiam sine misericordia exercet, quia æquanimiter tolerat,
quos quandoque in perpetuum damnat. Si ergo & electi præuenientem [se] gratiam sequun-
tur, & reprobi iuxta quod merentur, accipiunt, & de misericordia inueniunt electi quod lau-
dent, & de iustitia non habent reprobi quod accusent; Bene itaque dicitur, Quis ante dedit
mihi, vt reddam ei? Ac si apertè diceretur, ad parcendum reprobis nulla ratione compellor,
quia eis debitor ex sua actione non teneor. Idcirco enim nequaquam cœlestis patriæ præmia
æterna percipiunt, quia ea nunc, dum præmereri poterant, ex libero arbitrio contemserunt:
D quod || *videlicet* liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens à terrenis desi- || quidem
derijs gratia aspirante suspenditur. Bonum quippe quod agimus, & Dei est, & nostrum; Dei
per præuenientem gratiam; nostrum, per obsequentem liberam voluntatem: Si enim Dei
non est, vnde ei in æternum gratias agimus? Rursum, si nostrum non est, vnde nobis retribui
præmia speramus? Quia ergo non in merito gratias agimus, scimus quod eius munere præ-
uenimur: & rursum quia non in merito retributionem quærimus, scimus quod subsequenti
libero arbitrio bona elegimus quæ egeremus. Et infra; Omnibus liquet, quod non solum ea
quæ sub Cœlo sunt, sed ipsa || *etiam* quæ super Cœlos condita cœlestia vocantur, eius volun- || quoque
tati seruiunt. Cui & concorditer Augustinus 4. contra Iulianum Pelagij filium & sequacem Augustinus.
5. Cum, inquit, diuinius adiuuatur homo, non tantum ad capessendam perfectionem adiu-
natur, quod ipse posuisti, vtique volens intelligi eum per se incipere sine gratia, quod perficit
gratia; sed potius quod Apostolus loquitur, vt qui in nobis bonum opus cæpit, perficiat vsq;
E in finem: In quo enim vis hominem sicut loqueris, ad aliquid laudabile generosi cordis sti-
mulis incitari, in hoc non vis in Domino, sed in libero arbitrio gloriari; ac sic priorem dare
vt retribuatur illi: O ingrati gratiæ Dei! O inimici gratiæ Dei, & solo vocabulo Christiani!
Nonne pro inimicis suis orat Ecclesia? Quid orat? Vt conuertatur in bonum voluntas mala,
quoniam præparatur voluntas à Domino, & Deus est, vt ait Apostolus, qui operatur in no-
bis & velle. Et infra eiusdem vndecimo, Tu autem quanta arrogantia & de vestræ præsum-
tione virtutis dicis (Perfacile igitur studio sanctitatis, quod Deus adiuuat, potest homo ca-
rere peccatis) ille non agnoscit, qui dogmata vestra non nouit. Nam & studium sanctitatis
sine adiutorio Dei vultis & in hominis voluntate præcedere, quod merito Deus debeat adiu-
uare, non gratis. Amplius autem isti præponentes suam voluntatem voluntati diuinæ superbis
bius faciunt primo superbo Angelo, qui æqualitatem Dei appetendo, dicebat; Similis ero
Altissimo.

Esaias. Altissimo, Esaiæ 14. Isti enim æqualitate Dei aut eius similitudine nullatenus contentantur, A
sed maioritatem & superioritatem vendicant supra Deum. Sed caueant, ne descendant ad e-
um, vel potius subtus eum, sicut in Esaia subiungitur; veruntamen ad Infernum detraheris,
in profundum lacu: qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient. Isti etiam dicunt
superbis de Domino Deo suo, quam illi ciues inciuiles de illo nobili homine Domino suo, di-
Luca. centes; Nolumus hunc regnare super nos, Luc. 19. Nedum enim dicunt, Nolumus hunc
regnare super nos, sed nos regnare volumus super illum: Volunt enim se naturaliter præcede-
re Deum, & per consequens ducere eum; & regere in omnibus factis suis. Sed timeant & ca-
ueant, quod ibi dicitur consequenter, Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super
|| coram se, adducite huc, & interficite || *ante* me. Nec mirum: Ipsi namque conspirauerant in regiam
Anselmus. maiestatem, quare & pœnâ criminis ipsæ maiestatis erant iustissime puniendi. Vnde Ansel-
mus de similitudinibus 8. Superbia ideo vocatur, quia super quam debeat graditur: Super-
B bia namque supergressio dicitur. Propria itaque voluntas, quia Dei voluntati non subijcitur,
sed super eam extollitur, ob hoc rectè Superbia dicitur, ipsa quoque omnis peccati est initium,
quia ex ea nascitur omne peccatum. Et quoniam homo illam habet ex se, nec voluntatem
Dei quam sequatur, vult habere super se, ipsi Deo aufert quod propriè & singulariter debet
Anselmus. habere. Et sequitur 9. Solus enim Deus, quicquid vult, debet velle propria voluntate, ita vt a-
liam quam sequatur, non habeat supra se. Cum igitur homo vult aliquid per propriam vo-
luntatem, Deo aufert quasi suam coronam: Sicut enim corona soli Regi competit, sic pro-
pria voluntas soli Deo, & sicut Regem aliquem inhonorarer, qui suam coronam ei coronato
auferret; sic homo inhonorat Deum qui autem: ei propriam voluntatem, priuilegium haben-
Aristot. do, quod ille deberet habere solum: Quare & Aristoteles in ænigmatibus suis ænigmate ter-
tio sic hortatur, Coronam Regis ne accipias. Quod prudenter adscribentes 24. seniores, ne-
quaquam suas coronas aut voluntates superposuerunt superbè coronæ aut voluntati diuinæ,
C sed humiliter submiserunt. Vnde Apoc. 4. Procidebant 24. seniores ante sedentem in thro-
Apocalyps. no & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, di-
centes; Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu
creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Sic & ille Regum clarissimus
Psalmus. & eximius Prophetarum, Nonne, inquit, Deo subiecta erit anima mea? Psalmo 61. Et infra;
Veruntamen Deo subiecta esto anima mea. Sic & ille Antiochus, primo superbissimus Prin-
cipum, postremo humiliter recognouit, quoniam iustum est subditum esse Deo, & morta-
Machab. lem non paria Deo sentire. 2. Machab. 9. Si ergo non paria, qualiter altiora? Excelsus enim
Psalmus. super omnes gentes Dominus, Psalmo. 112. Vnde & ad Romanos 4. Omne os obstruatur, &
Apostolus. subditus fiat omnis mundus Deo. Item Psalmo 22. Dominus regit me. Et Psalmo 79. Qui
Psalmus. Regis Israelem, intende; qui deducis velut ouem Ioseph. Et Esaiæ 49. Miserator eorum re-
Esaias. git eos. Et Apoc. 7. Agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos. Et Hester. 15.
Hester. D ita scribitur; Cumque inuocasset omnium rectorem Deum, & Saluatorem Deum &c. Et
Psalmo 46. Quoniam Rex omnis terræ Deus, & regnabit Dominus super gentes. Et Psalmo
102. Regnum ipsius omnibus dominabitur; cum suis similibus infinitis. Isti similiter impiè
Job. magis dicunt, quam illi impij qui dixerunt, Quis est omnipotens vt seruiamus ei? Iob. 21.
|| itaque Hi || *namque* tantum noluerunt omnipotenti seruire: sed isti nedum hoc, imo quod est elatius,
volunt omnipotentem eis seruire, dum voluntas humana præcipit, & præcedit vt Domina,
Propheta. & diuina obsequitur & subsequitur, vt ancilla. Non sic Propheta, non sic, sed Ordinatione
(inquit) tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi, Psalmo. 118. Non sic Iacob de
Domino suo sensit, sed præcedat, inquit, Dominus meus ante seruum suum, & ego sequar
paulatim vestigia eius.

Item tunc voluntas diuina potius se curuaret obediendo humanæ, quàm è contra, quod ra-
tio nulla finit, ac ipsemet docet contrarium. In memetipso, inquiens, iurauí, egredietur de
ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, Esaiæ 45. Item
liter; Mihi curuabunt omnia genu: vel tertiò; Mihi curuabunt omnia genua: vel quartò;
Esaias. Mihi curuabuntur omnia genua. Quam Scripturam Apostolus ad Romanos 14. sic allegat;
Apostolus. Scriptum est enim; Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. Amplius
autem tunc voluntas humana duceret diuinam quo vellet, cum tamen rationabilius sit è con-
Iob. tra, cum ipsa melius videat, audiat, atque possit. Vnde Iob. 37. Nubes spargunt lumen suum
quæ lustrant cuncta per circuitum, quocunque voluntas gubernantis duxerit ad omne quod
præceperit illis super faciem orbis terrarum, siue in vna tribu, siue in terra [sua] siue in quo-
cunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. Super quod Gregorius, 27. moral. 22.
sic ait; Nubes lumen spargere est prædicatores sanctos exempla vitæ & loquendo & agendo
dilatare;

A dilatare: sed * prædicatores sancti exhortari quosdam volunt, sed nequeunt: sæpe quosdam * sæpe
declinare appetunt, sed tamen internæ instigationis impulsu exhortari eos instantissimè com-
pelluntur. Videamus nubem Dei, quomodo gubernantis manu & ad ea quæ non appetit,
ducitur, atque ab impulsu suo iterum gubernantis manu retinetur. Et ponit exemplum de
Paulo, qui cum voluit à Corinthijs discessisse, cum eis per Dominum tenebatur; qui etiam
cum ad Thessalonicenses pergere voluit, nec valebat, vt dicit, nec poterat recedere ab eis, cum
quibus tunc erat, vt dicit, per Dominum impeditus. Vnde sic concludit; Nubes igitur Dei
cuncta per circuitum lustrant, quia prædicationis luce mundi fines illuminant: sed quia diui-
nis nutibus subditæ nequeunt explere quod volunt, ideo ire non possunt nisi quo eas volun-
tas gubernantis duxerit. Vnde & adhuc subditur, Ad omne quod præceperit eis super faciem
orbis terræ: Sæpe enim cum gubernantis voluntate perducuntur, aliter agere appetunt, sed
B aliter disponuntur. Nam plerumque quosdam auditores suos student blandè corrigere, & ta-
men eorum sermo in asperitatem ducitur; plerunque resecare quosdam asperè appetunt, sed
tamen eorum vigor, seu rigor per mansuetudinis spiritum refrænatur. Sicut ergo non possunt
ire quo volunt, ita etiam nequeunt agere sicut volunt. Quia enim eos internus arbiter tenet,
cum mittit, ita illos etiam modificans suscipit, cum perducit, vt aliquando in cogitatione alia
disponant, sed alia in opere peragant; aliquando aliter inchoent, sed aliter consumment.
Quia igitur iuxta hoc quod sibi præcipitur, seruiunt, dicatur recte, Quocunque eas voluntas
gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciem orbis terræ. Item Deut. 31. Deut.
Dominus Deus tuus, ipse ductor tuus. Et Esaiæ 63. Spiritus Domini ductor eius fuit. Et 2. Esdra.
Paralip. 13. In exercitu nostro dux Deus est. Et Psalmo. 54 Dux meus & notus meus. Et Paralipom.
Sapient. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. Et Psalmo. 72. Tenuisti manum dex- Psalmus.
teram meam, & in voluntate tua deduxisti me: cum multis similibus crebertimè in Scriptura: Sapientia.
C Voluntas ergo diuina ducit humanam, ipsam naturaliter præcedendo. Vnde & ille *Dominicus*
ius Seneca, sicut allegat Augustinus 5. de Ciuit. Dei, 8. Quodammodo mirificè dicit ita; Seneca.
Duc me summe Pater, altique dominator poli, quocunque placuit, nulla parendi mora est:
Assum impiger, fac velle, comitabor, gemens, malusque patiar facere quod licuit; bono du-
cunt volentem fata, nolentemque trahunt. Vbi & Augustinus subiungit, nempe euidentissi- Augustinus.
mè hoc vltimo versu ea fata appellauit, quæ supra dixerat summi Patris voluntatem: Cui Gregorius.
concordans beatus Gregorius 6. moral. 12. super illud Iob. 5. Qui comprehendit sapientes
in astutia sua &c. ita dicit; Sic quippe Dei opera magna sunt, vt per omne quod ab hominibus
agitur, eius voluntas exquiratur, cui videlicet cognitæ debet nostra actio deuotè famulari, &
quasi Ducem sui itineris persequi, ne etiam nolens seruiat, si hanc superbiens declinat: vita-
ri enim vis superni consilij nequaquam potest. Item aliàs voluntas humana traheret post se di-
uinam, cum rationalius sit è contra, vt patet per Autoritatem Senecæ allegatam. Item si sic
D esset, voluntas humana potius gubernaret diuinam agendo, quam hæc humanam, quod est
contrarium rationi, & contra autoritatem Iobi præmissam; Nubes spargunt lumen suum,
quæ lustrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit. Et Sapient.
14. Tu autem Pater gubernas prouidentia; & loquitur de nauigatione, & talibus rebus hu- Sapientia.
manis. Et Esaiæ 48. Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambu- Esaias.
las. Vnde & Cantic. 1. Trahe me post te. Et Ioh. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, Cantica.
qui misit me traxerit eum. Et infra 12. Omnia traham ad meipsum. Et Esaiæ 10. Num glo- Dominus.
riabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Esaias.
Quod intelligitur de Senacherib, & de Deo, vt vicissimum primi plenius allegauit. Item aliter
voluntas humana potius suscitaret diuinam ad agendum quippiam, quàm è contra, quod est
contra sacram Scripturam sæpissimè tam in malis actibus, quàm in bonis: Vnde 1. Paralip. 5. Paralip.
Suscitauit Dominus Deus Israel spiritum || *Pul* Regis Assyriorum, & spiritum Tiglathò Pela- || Sar, alias
E sar Regis Assur, & transtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse &c. Et 2. Para- Pul
lip. 21. Suscitauit Dominus contra Ioram spiritum Philistinorum & Arabum, qui confines
sunt Aethiopibus, & ascenderunt in terram Iudæ, & vastauerunt eam &c. Et Ezech. 23. Hæc Ezechiel.
dicit Dominus Deus, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est
anima tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis, & vniuersos Chaldæ-
os, nobiles, tyrannosque & Principes omnes filios Assyriorum, iuuenesque forma egregia
duces, & magistratus vniuersos principes principum, & nominatos ascensores equorum, &
venient super te &c. Et Amos 6. Ecce ego suscitabo super vos, domus Israel, dicit Dominus Amos.
Deus exercituum, gentem, & conteret vos. Hæc & alia multa valde de malis actibus volun-
tatis: de bonis verò scribitur 2. Paralip. vlt. & 1. Esdræ. Suscitauit Dominus spiritum Cyri Esdras.
Regis &c. Et Esaiæ 41. Quis, Glossa, nisi ego, suscitauit ab Oriente iustum? Vocauit eum, Esaias.

vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes &c. Et sequitur: Quis hæc operatus est & fe- A
cit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus, & nouissimus; ego sum. Et in-
fra, 45. Ego, inquit Dominus, suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam. Et Ag-
gæi 1. Suscitauit Dominus spiritum Zorobabel, & spiritum Iosedech, & spiritum reliquorum
de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini. Item si voluntas huma-
na naturaliter præcedat diuinam in actione ambabus communi, humana potius inclinat diui-
nam & eam determinat ad agendum, quam diuina humanam, quod est contra præostensa &
Parabola. præallegata, vicesimo huius secundi; Vnde & Parab. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor
Regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud. His etiam rationibus hic præ-
missis satis consonant autoritates Augustini de gratia & libero arbitrio, & de correptione &
gratia, vicesimo secundi plenius allegatæ. Item tunc potius diceretur hominem facere Deum
velle, & facere aut agere quippiam quam è contra: est enim prior & superior causa in istis;
Apostolus. quod est contra multas autoritates 20° secundi plenius allegatas. Vnde & Apostolus ad Phil. B
2. Deus est, (inquit) qui operatur in nobis & velle & perficere (seu alias operari) pro bona vo-
luntate. Et ad Romanos 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus.
Esaias. Et Esaiæ 45. Ego Dominus & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem,
Ezechiel. & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc; sic Dominus ergo prior & su-
Apostolus. perior in huiusmodi actione. Et Ezechielis 36. Faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudi-
Prosper. cia mea custodiatis & operemini. Et ad Rom. 8. Quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij
Dei: super quod 310ª. propositio sententiarum Prosperi quæ est Augustini, & allegatur in
glossa sic ait; Plus est proculdubio agi, quam regi: Qui enim regitur aliquid agit, & ideo re-
gitur, vt rectè agat: qui autem agitur, agere ipse aliquid vix intelligitur. Et tantum præstat
voluntatibus nostris gratia Saluatoris, vt non dubitet Apostolus dicere, Quotquot spiritu Dei
* aliquid aguntur, hi filij Dei sunt: nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quàm vt
Augustinus. illi se commendet, qui * malè agere non potest. Item Augustinus de verbis Apostoli sermone C
13. tractans eandem autoritatem, sic ait; Dicit mihi aliquis, ergo agimur, non agimus. Res-
pondeo; Imo & agis & ageris, & tunc bene agis, si à bono agaris: Spiritus enim qui te agit,
agentibus est adiutor, quia sicut dicit Dominus, Sine me nihil potestis facere. Iam nunc quod
audistis; Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, nolite vos dimittere: Nec enim
templum suum sic de vobis ædificat Deus, quasi de lapidibus qui non habent motum suum,
leuantur, & à structore ponuntur; non sic sunt lapides viui, & vos tanquam lapides viui cœ-
dificamini in templum Dei; ducimini, sed currite & vos; ducimini, sed sequimini, quia &
cum secuti fueritis, verum erit illud, quia sine illo facere nihil potestis: non enim volentis, nec
currentis, sed miserentis est Dei; maxime quia processus Apostoli & Prophetarum planissime
ad hoc tendit, quod Deus in huiusmodi actibus nedum sit agens, sed etiam primum agens.
Nam per huiusmodi suam doctrinam intendit Apostolus principaliter humilitatem cordibus
humanis inserere & nutrire, sicut vicesimum tertium huius docet: quod tamen nedum non D
faceret, imo homines in superbiam maiorem erigeret, si doceret Deum operari in nobis velle
& perficere, non antecedenter vt Dominus, sed subsequenter vt seruus. Nam quomodo am-
putaret hominibus, non amplius ministraret superbiendi materiam, docendo eos habere De-
Apostolus. um semper promptissimè tantum seruum ad nutum quemlibet voluntatis, eorum votis in om-
Philip. 2. nibus obtemperando. Quare & Apostolus congrue præmittebat; cum metu & tremore ve-
Augustinus. stram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona
voluntate. Super quod Augustinus de verbis Apostoli sermone 1. sic ait; Ne sibi inde aliquid
darent, quia dixit, operamini, continuo subiunxit; Deus enim est qui operatur in vobis & vel-
|| operari le & || *perficere*. Deus est || qui operatur in vobis: ideo cum timore & tremore; vbi & Glossa,
|| enim cum metu, id est, cum humilitate, non superbè; & ideo timendus est, quia non vos, sed Deus
operatur &c. pro bona voluntate; voluntate, scilicet, sua. Quomodo namque potest vere in-
telligi, quod non vos, sed Deus operatur in vobis velle & perficere, cum ex prioribus satis E
constet huiusmodi esse actus humanos, nisi quod non vos antecedenter, aut principaliter, aut
prius naturaliter, sed sic Deus; vos autem subsequenter, instrumentaliter & subseruienter? ac
si diceretur, non baculus, sed homo percutit, non securis, sed homo ædificat. Sic etiam loqui-
Apostolus. tur idem Apostolus ad Rom. 9. Non (inquiens) volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei,
quod aliter nequit exponi. Vnde Augustinus Enchirid. 23. Iterum ne quisquam, etsi non de
operibus, de ipso glorietur libero voluntatis arbitrio, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui
tanquam debitum reddatur præmium bene operandi. Ipsa libertas audiat eundem gratiæ
præconem dicentem; Deus est enim, qui operatur in nobis & velle, & operari pro bona vo-
luntate. Et alibi; Igitur non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei; cum proculdubio
si homo eius ætatis est vt ratione iàm vtatur, non possit credere, sperare, diligere nisi velit, nec
peruenire

A peruenire ad palmam supernæ vocationis Dei, nisi voluntate cucurrerit; Quomodo ergo
non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei? nisi quia & ipsa voluntas, sicut scriptum
est, A Domino præparatur; alioquin si propterea dictum est, Non volentis neque currentis,
sed miserentis est Dei, quia ex vtroque fit, id est, & voluntate hominis & misericordia Dei; vt
sic dictum accipiamus, Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, tanquam
diceretur, Non sufficit sola voluntas hominis; si non sit etiam misericordia Dei; Non
ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam || *volentis* hominis: ac per hoc, sicut re- || voluntas
ctè dictum est, Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas homi-
nis sola non implet; cur non è contrario rectè dicitur, Non miserentis Dei, sed volentis est
hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porrò, si nullus dicere Christianus aude-
bit, non miserentis Dei, sed volentis est hominis, ne Apost. apertissimè contradicat, restat vt
propterea rectè dictũ intelligatur, Non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, vt totum
B detur Deo, qui hominis voluntatem bonam & præparat adiuuandam, & adiuuat præparata-
tam: Præcedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia: quæ autem non
præcedit ipsa, in eis est & ipsa. Nam vtrumque legitur in Sanctis Scripturis; Et misericor-
dia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me: Nolentem præuenit vt velit,
volentem subsequitur ne frustra velit: Cur enim monemur orare pro inimicis nostris vtique
nolentibus piè viuere, nisi vt Dominus in eis operetur vt velint; Iterumque cur admonemur
petere vt accipiamus, nisi vt ab illo fiat quod volumus, à quo factum est vt velimus: Ora-
mus ergo pro inimicis nostris, vt misericordia Dei præueniat eos, sicut præuenit nos: Ora-
mus autem pro nobis, vt misericordia eius subsequatur nos. Idem de gratia & libero arbitrio
17. ad eundem sensum eandem Autoritatem pertractat. Anselmus quoque de Concor. 9. *Anselmus.*
Neque volentis est, inquit, quod vult, neque currentis est quod currit, sed miserentis est
Dei: Omnibus enim excepto Deo solo, dicitur, Quid habes quod non accepisti? quod si
C accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sic loquitur Ioan. 11. Vnus autem ex eis, Cai- *Ioannes.*
phas nomine dixit eis, expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pe-
reat: Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit. Sic-
que loquitur ipse Magister, & veritas discipulis suis dicens; Non enim vos estis qui loquimi- *Matthæus.*
ni, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis Matth. 10. & Ioan. 15. Non vos me elegi-
stis, sed ego elegi vos. Et 1. Ioan. 4. In hoc est charitas Dei, non quia nos dilexerimus Deum, *Ioannes.*
sed quia ipse prior dilexit nos. Et Tobiæ 3. Non est in hominis potestate consilium tuum; Et *Tobias.*
Ierem. 10. Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri vt ambulet & dirigat gres- *Ieremias.*
sus suos: vbi Glossa, Erubescant, qui aiunt, vnumquemque suo regi arbitrio: Non est enim
via hominis, &c. Vnde Dauid, A Domino gressus hominis dirigetur; secunda verò Glos-
sa falsigraphiæ pertrigesimum secundum primi conuincitur euidenter. Erubescant ergo illi
Pelagiani, & non erubescam ego, Christianus, Paulinus, Augustinianus & Gregorianus. Pa-
D ueant illi, & non paueam ego, qui in agendo cum te, Domine Deus meus, tam inuerecundè
& impauidè te regendo, se faciunt altiores: Imple quæso facies eorum ignominia, & que-
rant nomen tuum, Domine: Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi & confundantur,
& pereant, vt cognoscant, quia nomen tibi Dominus; Tu solus altissimus in omni terra,
Psalmo 82. Adhuc autem, quod etiam in actione communi Dei, & hominis, Deus homi-
nem, & diuina voluntas humanam naturaliter antecedat, Autoritates quamplurimæ Philo-
sophorum, sacræ Scripturæ, & Catholicorum Doctorum concorditer attestantur. Omnes e-
nim Philosophi conueniunt in hoc vno, quod in causis essentialiter ordinatis non est proce-
dere in infinitum, sed deueniendum est ad vnam supremam, & primam naturaliter omnium,
omnes alias regulantem atque mouentem, sicut Artifex instrumenta, vt quarto primi, & vi-
gesimo secundi satis fuerat allegatum. Vnde & Auicenna 10. Metaphys. 1. loquens de dis- *Auicenna.*
E positione cœlestium tantum, sed quia primus verus voluit hoc totum; ideo ab eo incipit esse om-
nis || *res*, quæ fuit, sed mediante alio. Igitur propter has causas prosunt hominibus orationes || rei
& sacrificia, & præcipuè litaniæ pro pluuia, & alia huiusmodi. Item Aristoteles in de mun- *Aristoteles*
do 11. ita dicit; Sicut autem in chorea inchoante chorauia concinit tota chorea virorum, &
mulierum varijs vocibus acutis & gratibus vnam harmoniam continuam continuantibus:
Sic se habet res & in Deo, qui cuncta disponit; Et infra eodem, Comparato Deo & Mundo
duci & exercitui, dicit ita, Omnia autem sub vno signatore mouentur nutu ducis qui tingi-
tur potestate: sic & de vniuerso sapiendum. Nam ab vno momento omnibus excitatis fiunt
propria, & hoc inuisibili ente & occulto, quod nequaquam est impedimento, nec illi ad agen-
dum, nec nobis ad credendum, &c. tertio primi plenius allegata. Commentator etiam super *Comment.*

primam propositionem de causis dicentem. Omnis causa prima plus est influens supra causatum suum, quàm causa vniuersalis secunda, sic ait; Quid est, quia causa vniuersalis prima agit in causatum causæ secundæ, antequam agat in ipsum causa vniuersalis secunda, quæ sequitur ipsam, &c. satis plana? Quare & quidam articuli huius contrarium asserentes sunt Parisijs condemnati, sicut vigesimum secundi plenius recitauit. Nec Philosophi istud tantum intelligunt in actione naturæ, sed etiam intellectus, & similiter voluntatis, vt patet per Philosophum in De bona fortuna, & per omnes loquentes de intellectu agente, sicut idem vigesimum similiter recitauit. Vnde Auicenna 10°. Metaphys. 1. parum post Autoritatem superius allegatam, loquens de dispositione partium Animalium, & plantarum, sic ait; Non est ibi causa ‖ *naturalis* vllo modo, sed principium est eius sine dubio ex cura diuina; similiter crede esse istarum intentionum pendere ex cura diuina; scias etiam quod plus approbat seu appropinquat vulgus, & tenet, & dicit verum esse, nec refugiunt hoc nisi illi qui volunt videri Philosophi, eo quod ignorant causas & occasiones istorum: Iam ergo in hac materia fecimus librum de peccato & eius oppositò. Inde ergo attende dispositionem omnium, & crede quod dicitur de diuinis flagellis quæ descendunt super ciuitates flagitiosorum, & super homines iniuriosos, & consimilia, qualiter defenditur veritas. Scias etiam quod causa orationis hic & eleemosynæ & similium, similiter euentus, iniuriæ & peccati non sunt nisi illinc: Principia enim horum omnium perueniunt vsque ad naturam, vel voluntatem, vel casum; Naturæ verò principium est illinc; sed voluntates, quæ sunt in nobis, sunt postquam non fuerunt. Quicquid autem est postquam non fuit, causam habet; igitur omnis voluntas, quæ est in nobis, causam habet. Causa autem huius voluntatis non tendit ad infinitum, sed ad aliqua quæ accidunt extrinsecus, terrena scilicet & cœlestia; sed terrena perueniunt ad cœlestia; Collectio ergo horum omnium prouenit necessariò ex necessitate diuinæ voluntatis: Casus autem fit ex concursu horum omnium. Cùm autem resolueris omnia profecto, reducentur ad principia, quorum necessitas descendit à Deo: Iudicium autem Dei est prima positio simplex. Ecce quod dicit, quod vulgus hoc approbat & volentes videri Philosophi refugiunt istud soli, sicut dicit Prophetа, Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini Psalmo 70. Et hæc ratio Auicennæ est ratio sancti Thomæ ad hanc eandem conclusionem, in De Christiana religione, cap. 120. sicut vigesimum secundi plenius allegauit. Pro hac eadem sententia possunt adduci ferè vel potius verè omnes illæ Autoritates Philosophicæ & Theologicæ, quæ de fato, casu, & fortuna 28. & 29. primi plenius sunt adductæ. Quare & quidam articulus à Domino Stephano Parisiensi Episcopo condemnatus, sic ait; Quod omnes motus voluntarij reducuntur in primum motorem; Error, nisi intelligatur in motorem primum simpliciter non causatum, & intelligendo de motu secundum substantiam, non secundum deformitatem. Hoc idem testatur Scriptura canonica multis locis, quorum aliqua erant superiùs allegata, aliqua verò, sed pauca nunc breuiter allegabo. Dicit ille disertissimus Esaias 26. A facie tua, Domine, concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis nostræ; & Dominus per eundem 45. Ego ante te ibo. Et Ecclesiastic. 33. Quasi lutum figuli in manum ipsius plasmare illud & disponere, omnes viæ eius secundum dispositionem eius; sic homo in manu illius qui se fecit. Interrogantibus siquidem Dominum, Tu quis es? ipse respondit, Principium, Ioan. 8. & Apoc. 1. Ego sum alpha & omega, principium, & finis, dicit Dominus Deus; Etiam si secundum sententiam sapientis Ecclesiastici 25. Mulier si primatum habeat, est contraria viro suo, quod reputat indecens; quanto magis si anima aut voluntas humana primatum habeat super Deum, indecens magis erit? Certè tanto magis, quanto maior est disparitas Dei & hominis, quàm viri & mulieris. Vnde & supra 24. ipsa sapientia increata sic dicit; In omni populo, & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui. Quare & Apostolus ad Colossi. loquens de Filio, qui est ista sapientia Dei summa; Omnia, inquit, per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante ‖ *omnes*, & omnia in ipso constant; & ipse caput corporis Ecclesiæ qui est principium, progenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Et ad Colossi. 2. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & connexiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei. Glossa, Caput, id est, Christum, ex quo totum corpus, id est, Ecclesia, &c. ergo Ecclesia crescens in merito subministrat Christo capiti tanquam primo, & capiti agenti, non è contra. Item Exodi 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Et infra 17. scribitur, quod victo Amalek ædificauit Moses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens, quia manus solius Domini, & bellum Dei erat. Glossa, qui omnia opera nostra operatur in nobis, sicut & sancta

Auicenna. ‖ naturaliter

Propheta.

Esaias. *Ecclesiast.*

Iohannes. *Apocal.* *Ecclesiast.*

Apostolus. ‖ omnia

Glossa.

Exodus.

ecta Ecclesia canit Deo: Non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Et Sapientiæ 6. legitur de sapientia isto modo: Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat: & infra, Initium illius verissima est disciplinæ concupiscentia, & ipsa præoccupat, & præuenit istud initium; quare & initiatum quodcunque. Ad quod etiam sunt aliæ autoritates sacræ Scripturæ quampluriminæ, quas non recito ista vice, ne forte his nimium fastidium parerent, aut nauseam prouocarent, qui talibus velut pane quotidiano quotidiè saturantur. Amplius autem paucas autoritates authenticorum Doctorum annectam. Beatus siquidem Augustinus Hypognost. 42. sic ait; In omni opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberi arbitrij; id est, operatur Deus, cooperatur homo. Quòd si dicas, scilicet tu Pelagiane, vt dicere consueisti, quia ego prior volui, Deus voluit, iam meritum facis, vt gratia ex operibus iam non sit gratia sed merces: Hoc loco reduguit te Apostolus, dicens; Si ergo gratia iam non est ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia; gratia ergo donatur, non redditur. Idem de prædestinatione sanctorum 3. allegans autoritatibus sacræ Scripturæ contra Pelagium, dicentem hominem credere ex seipso, ponit materiam responsionis Pelagij sub his verbis; Nolens ergo his tam claris testimonijs repugnare, & tamen volens a seipso sibi esse quòd credit, quasi componit homo cum Deo, vt partem fidei sibi vendicet, atque illi partem relinquat; & quod est elatius, primam tollit ipse, sequentem dat illi, & in eo, quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem Deum; Quem statim refellendo subiungit, Non sic pius atque humilis Doctor ille sapiebat, Cyprianum beatissimum loquar qui dixit, In nullo nobis gloriandum, quoniam nostrum nihil est: quod vt ostenderet, adhibuit Apostolum testem dicentem; Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti; quid gloriaris, quasi non acceperis? & capitulo quarto subdit, Quo præcipuo testimonio etiam iustus ipse conuictus sum, cùm similiter errarem putans, fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed à nobis esse in nobis. Nec enim fidem putabam Dei gratia præuenirì, nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium veritatis, vt autem prædicato nobis Euangelio consentiremus, nostrum esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitrabar, ex quibus euidenter apparet istam sententiam Pelagianam hæresin continere: & sequitur, Quem meum errorem nonnulla opuscula mea satis indicant, in quibus est expositio quarundam propositionum Epistolæ ad Romanos. Denique cum mea opuscula retractarem, cùm ad hoc liberum arbitrium retractandum peruenissem, sic inde locutus sum; Quòd dixi, nostrum est credere & velle, illius autem dare credentibus facultatem bene operandi per Spiritum Sanctum, verum est quidem, sed eadem regula & vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem; & vtrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus & nobis: & ista retractatio ponitur 1. Retractationum 23. Idem super illud Psalm. 126. In vanum est vobis ante lucem surgere, sic ait; Qui volebant discipuli esse super Magistrum, & serui super Dominum suum, ante lucem volebant surgere, in vanum ibant, quia non post lucem ibant. Illis ergo dicit iste Psalmus, In vanum est vobis ante lucem surgere. Tales erant filij Zebedæi, qui antequam humilarentur secundum passionem Domini, iam sibi loca elegebant vbi sederent; vnus ad dextram, alter ad sinistram, & Petrus ante lucem surrexerat; quando consilium domino dare volebat, vt non pateretur pro nobis, cùm ait; Absit à te Domine, propitius esto tibi, non fiet istud: ante lucem volebat surgere, & luci consilium dare. Sed quid fecit Dominus? Fecit illum vt post lucem surgat; Redi post me Sathanas; Ideo enim Sathanas; quia ante lucem ‖ *vis* surgere, Redi post me, vt ego præcedam, tu sequaris quo ego eo, & illuc eas: non quo tu vis ire, illuc me velis ducere. Qui & super illud Psalmi quinquagesimi quinti; Conuertentur inimici mei retrorsum; tractans verba Petri & Christi prætracta; Sathanas, inquit, dictus est Petrus; Quare? Quia præcedere volebat Dominum, & Duci cælesti terrenum dare consilium. Absit Domine, non fiat istud. Dicis, absit, & dicis, Domine. Vtique si Dominus est, potestate facit. Si magister est, nouit quid faciat: Tu autem vis ducere ducem, docere magistrum, iubere Domino, optare Deo; multum præcedis, sed retro conuertieris. Idem ait super Ioannem, homilia 49. exponens illud Ioan. 11. Nonne duodecim horæ sunt diei? Tractansque incidenter prædictum consilium Petri, & responsionem Domini, dicit idem: Vade inter cætera in persona Domini dicit Petro; Quod verò dixi, Redi post me Sathanæ. Audi etiam huius rei causam: Non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominis. Nemo ergo se palpet; de suo Sathanas est; de Deo beatus est.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus. ‖ volebas

Augustinus.

Quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatum, quid est tuum? Iustitia, inquis, A
de meo est. Quid enim habes quod non accepisti? Qui & intelligendo per diem Dominum,
& per duodecim horas duodecim eius Apostolos dantes consilium Domino ne iret in Iudæam, Ita prosequitur exponendo: Cum ergo vellent dare consilium homines Deo, discipuli Magistro, serui Domino, ægroti medico, corripuit eos, & ait; Nonne 12. horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendet; me sequimini, si non vultis offendere: nolite mihi consilium dare, quos à me consilium oportet accipere. Quo ergo pertinet, nonne sunt duodecim horæ diei? quia vt diem se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, & vos horæ, nunquid horæ diei consilium dant? horæ diem sequuntur, non horas dies. Si tamen Deus opera nostra cuncta semper nobiscum & posterius naturaliter operetur; ipse in omnibus nostris operibus, saltem consiliatis, nostrum consilium sequitur, B
non nos suum. Ex præhabitis quoque patet, quod cuilibet tali hæretico præponenti se Deo,
& voluntatem suam diuinæ, potest in persona Dei catholicè ita dici, Redi post me Sathanas;
vel secundum translationem Hieronymi, Vade retro me Sathana, quoniam non sapis quæ
Marcus. Dei sunt, sed quæ sunt hominum, Marc. 8. & Matth. 16. Vade post me Sathana, scandalum
Matth. es mihi &c. Item Lombardus 2. sentent. dist. 18. sic ait; Sciendum est omnium rerum causas
Lombardus. in Deo ab æterno esse, & hæ dicuntur primordiales causæ, quia istas aliæ non præcedunt, sed
istæ alias, quæ sunt causæ causarum. Cumque vnum sit diuina potentia, dispositio, siue voluntas, & ideo vna omnium principalis causa; tamen propter diuersos effectus pluraliter dicit Augustinus causas primordiales omnium rerum in Deo esse, inducens similitudinem artificis, in cuius dispositione est qualis figuræ sit arca; Ita & in Deo, vniuscuiusque rei futuræ causa præcessit. In creaturis verò quarundam rerum, sed non omnium, causæ sunt, vt dicit Augustinus, quia etiam inseruit Deus seminales rationes rebus, secundum quas alia ex alijs prouenium, vt de hoc semine tale granum, de hac arbore talis fructus, & huiusmodi: & hæ dicun- C
tur primordiales causæ, etsi non à Deo propriè, quia habent ante se causam æternam, quæ
propriè & vniuersaliter prima est; Illæ verò ad res reliquas dicuntur primæ, scilicet quæ ex eis prouenium: Ideo etiam primordiales [rerum] causæ dicuntur, quia in prima rerum conditione rebus à Deo insitæ sunt, & sicut creaturæ mutabiles sunt, ita & hæ causæ mutari pos-
Hugo. sunt: quod autem immutabili Deo causa est, mutari non potest. Item Hugo de Sacramentis lib. 1. part. 2. cap. 2. sic ait; Omnium ordo ac dispositio à summo vsque ad imum in vniuersitatis huius compage, ita sese causis quibusdam rationumque genituris prosequitur, vt omnium quæ sunt, nihil inconnexum aut separabile naturâ, exterumque inueniatur: Et rerum quidem aliæ, causæ tantum sunt, & non effectus, sicut prima omnium; aliæ effectus tantum & non causæ; sicut vltima vniuersorum; alia autem & causæ sunt ad posteriora quæ generant, & ad priora à quibus generantur, effectus: & sicut his quæ vltima sunt & effectus tantum nihil posterius cernitur; sic quidem his quæ prima sunt & causæ tantum subsequentium D
nihil prius inuenitur. Primę autem causæ aliæ sunt generatæ, quę sunt in suo genere primę,
aliæ increatæ, quæ vniuersaliter primæ sunt. In hac enim vniuersitate rerum omnium ita cunctis causaliter cohærentibus aliquid primum inuenitur, vt ex his omnibus nihil prius esse posit, quoniam ipsum ex omnibus primum est omnium: his verò causis quæ vniuersaliter primæ sunt nihil prius est, quoniam ipsæ primæ sunt omnium, nec habent alias causas ipsæ
Hugo. priores, quoniam omnium causæ ipsæ sunt. Et capit. 6. ostendit, quod hæ primæ causæ sunt Dei voluntas, sapientia & potestas; quod & priora capitula ibi volunt. Vnde & capitulum quintum dicit; In prædestinatione itaque creandorum operata est bonitas; In creatione iterum prædestinatorum operata est potestas; In beatificatione verò creatorum potestas simul & bonitas. Et capit. vltimo ita dicit; Cum sint ergo in Deo tria, sapientia, potestas, & voluntas primordiales causæ; à voluntate quidem proficiscuntur, per sapientiam diriguntur, per potestatem perducuntur. Voluntas enim mouet, sapientia disponit, po- E
Hugo. testas explicat. Hæc sunt æterna fundamenta causarum omnium, & principium primum. Idem part. 4. capit. 1. dicit; Prima rerum omnium causa voluntas est Creatoris, quam nulla præcedens causa mouit, quia æterna est; nec subsequens aliqua confirmat, quoniam ex seipsa iusta est: Neq; enim ideirco iustè voluit, quia futurum iustum fuit quod voluit, sed quod voluit meritò iustum fuit, quia ipse voluit. Et capit. vltimo; Sic ergo, inquit, constat
Anselmus. ordo rerum, vt prima posteriora sequantur: primum omnium voluntas est Creatoris, quoniam ex ipsa sunt omnia. Item Anselmus Monol. 10. ita scribit; In hoc differunt ab inuicem illæ in creatrice sapientia, & in fabro suorum operum faciendorum intimæ loquutiones, quod illa nec assumta, nec adiuta aliunde, sed prima & sola causa sufficere potuit artifici suo adiuum opus perficiendum: ista verò nec prima, nec sola, nec sufficiens est ad suum opus incipiendũ.

Qua-

A Quapropter ea quæ per illam creata sunt, omnino non sunt aliquid, quod non sunt per illam; quæ verò fiunt per istam, penitus non essent, nisi essent aliquid quod non sunt per illam. Item Doctor facundissimus, & Martyr gloriosissimus Cyprianus, epistola sua 13. intitulata De Disciplina Christianæ religionis ad Quirinum, quarto capitulo ostendit diffusè in nullo nobis gloriandum, quoniam nihil nostrum sit. Et cap. 10. In Domino solo fidendum, & in ipso gloriandum, quod, per multa loca Scripturæ confirmat; per Ieremiam dicentem, Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine, nec diues in diuitijs; sed in hoc glorietur qui gloriatur, Intelligere et nosse quoniam ego sum Dominus; qui facio misericordiam & iudicium, & iustitiam super terram: quoniam in his est voluntas mea, dicit Dominus; Et post, Non nisi soli Deo subiecta est anima mea. Item Hier. lib. 12°. *Hieronymus.*
super Esaiam, tractans illud Esaiæ. 45. Accinxi te, & non cognouisti me, sic ait Ecclesiasticus
B vir, Tibi dedit Deus sermonem atque sapientiam, cauere debet ne suum putet esse quod loquitur, sed omne ad datoris referat gloriam, ne & ipse mereatur audire, Accinxi te, & non cognouisti me. Item beatus Prosper contra Cassianum cap. 1. recitat primam definitionem suam *Prosper.*
dicentem, Non solum actuum, verumetiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium,
qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quæ rectè cupimus, tribuit peragendi: Omne enim datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur & consummat in nobis, dicente Apostolo, Qui dat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & crescere faciet fructus iustitiæ vestræ; & hanc definitionem tanquam verissimam Prosper sæpissimè approbat & confirmat. Idem cap. 8. recitat B. Zozimum Papam v- *Prosper.*
niuerso orbi sic scribentem, Nos cum instinctu Dei; (Omnia enim ad autorem suum referenda sunt, vnde nascuntur,) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa re-
C tulimus; ergo secundum eum omnia opera nostra bona à Deo autore nascuntur; ergo à Deo volente. Nam secundũ Aug. 83 q. 3. illo autore cùm dicitur, illo volente dicitur; ergo huiusmodi opera hominum per prius nascuntur, & procedunt à voluntate diuina quàm humana. Si enim per prius nascerentur à voluntate humana, principalius & potius referentur ad illam; Ipse quoque homo veriùs quàm Deus, ac potius huiusmodi operum Autor esset, quod nullus dicet, nisi qui Autori omnium, & omnibus orthodoxis autoritatibus contradicet; sicut & o- *Prosper.*
stensum est breuiter nono primi. Quare & idem Prosper statim consequenter eodem cap. re- *Prosper.*
citat de epistola synodali Episcoporum Afrorum ad eum Papam rescripta verba quę sequuntur; Illud verò quod in literis tuis, quas ad vniuersas prouincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens, Nos cum instinctu Dei (Omnia enim bona ad Autorem suum referenda sunt, vnde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa retulimus: sic accepimus dictum, vt illos, qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, di-
D stricto gladio veritatis, velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quàm quod vniuersa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti, & tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti; Ideo vtique quia præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum? Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in his bonis quibusque voluntatis humanæ singulis moribus magis illius valere non dubitemus auxilium. Hoc & planè testantur S. Thomas, & Ioannes Scotus vigesimo huius plenius recitati. Item Lombardus 4. sent. dist. 5. vlt. In bonis, inquit, operibus nostris ipse Deus operatur bona, & nos; nec nos tantum, nec ipse tantum, sed etiam ipse nobiscum & in nobis, & tamen in illis agendis ministri eius sumus, non sumus Autores. Idem 1. sent. dist. 45. asserit, & ostendit per autoritates quamplurimas, quod voluntas Dei prima & summa causa sit omnium, scilicet omnium specierum & omnium motionum, quod & E
sufficienter ostendit cap. 20um. primi libri. Item si homo ageret prius Deo, & voluntas humana in merendo ageret prius naturâ quàm gratia & Spiritus Sanctus; & in pænitendo similiter, contra 41um. 42um. & 43um. primi libri. Hæc etiam est fides & professio generalis Ecclesiæ, quæ sic orat, Actiones nostras quæsumus, Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra operatio à te semper incipiat, & per te incepta finiatur: Et iterum; Vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere: Et rursum, Deus à quo sancta desideria, & recta consilia et iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, &c. quæ & Spiritum Sanctum similiter deprecatur, cùm dicit, Hostem repellas longius, Pacemque dones protinus, Ductore sic te præuio, Vitemus omne noxium. Ex omnibus iam præmissis satis, arbitror, manifestum cuilibet [sobrie] sapienti; In omni actione seu motione Deo, & creaturæ rationali communi, Deum prius naturaliter agere seu mouere, & voluntatem

voluntatem Dei cum voluntate creata quidliber faciendi ipsam præuenire naturaliter faciendo; A

COROLLARIVM.

Corollarium habet triplex porisma: Vnum naturale, quod est in omni causatione communi Deo & causæ secundæ, Deum causare prius naturaliter, quàm causam secundam: Aliud Theologicum, Deum videlicet conditionaliter nihil velle: Tertium Logicum, nullam scilicet propositionem tribuentem quamcunque causationem cuicunq; causæ inferiori & posteriori voluntate diuina, seu aliud quicquam positiuum inferius cuicunque sub Deo esse de primo simpliciter, nisi fortasis propositio dicatur de primo simpliciter ratione primitatis subiecti; non causæ; Plurimæ tamen tales secundum quid & in certo genere sunt de primo. B

EX his autem triplex porisma consequitur manifestè: Vnum naturale, quod est, in omni causatione communi Deo & causæ secundæ, Deum causare prius naturaliter quàm causam secundam: Aliud Theologicum, Deum videlicet conditionaliter nihil velle: Tertium Logicum, nullam scilicet propositionem tribuentem quamcunque causationem cuicunque causæ inferiori & posteriori voluntate diuina, seu quicquam aliud positiuum inferius cuicunque sub Deo, esse de primo simpliciter, nisi fortasis propositio dicatur de primo simpliciter ratione primitatis subiecti, non causæ; plurimæ tamen tales secundum quid & in certo genere sunt de primo. Prima pars euidenter apparet: Si enim secundum quod capitulum demonstrauit, in omni causatione rationalis creaturæ, quæ est primæ, dignissima, & suprema inter omnes causas secundas, Deus prius naturaliter, & ipsa posterius semper causat, multo magis in omni causatione causæ secundæ; quod & de ipsis poterit videri, sicut de alijs est ostensum. Secunda pars patenter infertur: Si namque Deus velit aliquid sub conditione, vel illud est C præteritum, præsens, vel futurum: Non præteritum, nec præsens, quia omne præteritum vult determinatè, absolutè, & certè esse præteritum, & omne præsens ‖ *similiter* esse præsens. Si autem dicatur (sicut magis videtur) quod velit sub conditione aliquid futurum fore, quomodo potest rationabiliter ita esse, cum per tricesimum huius, & partem corollarij præcedentem, & sextum primi Deus absolutè sciat, quod nulla res, aut vlla rei conditio possit esse, nisi ipse antecedenter cuicunque causæ secundæ, independenter & non impediliter à causa secunda, illam velit & faciat; cum nec frustra, nec fatuè quicquam velit? Item si veller conditionaliter quicquam fore, extantia seu positio conditionis cum extaret, esset antecedenter determinans, mouens, & actuans voluntatem diuinam, ad tunc determinatè, absolutè, simpliciter; volendum, contra capitulum & partem corollarij præcedentem. Item illa conditio, vel est præterita, præsens, vel futura: Nunquid scilicet impleto, seu extantia conditionis illius est D præterita, præsens vel futura? Non præterita, nec præsens, quia tunc illa conditio est determinata, absoluta, & certa Deo; quare & similiter vult rem fore: non ergo sub conditione quacunque. Si verò sicut magis apparet, velit aliquid futurum fore sub conditione futura, vel vult illam conditionem fore, vel non: Si non, nec alias vult rem fore; frustra ergo & fatuè uersa, puta se non esse si esset Chymæra: Si etiam non vult conditionem illam fore, per vice- ‖ -bili simum secundum primi & eius corollarium, vult illam non fore: Similiter enim posset velle omnia impossibilia fore, & seipsum cras fore Chymæram. Simili quoque ‖ *irrationali* ratione posset velle, & veller similiter nihil fore. Si autem vult conditionem illam fore; vel absolutè, vel sub alia conditione: Si absolutè, tunc per decimum primi illa absolutè implebitur, & extabit; & hoc bene scit & vult Deus; quare cum frustra vel fatuè nihil velit, non conditionaliter, sed absolutè, determinatè & simpliciter vult rem fore, præsertim cum voluntas eius E aut actio à nullo alio antecedenter dependeat, aut à quoquam alio valeat impediri. Si autem dicatur Deum velle conditionem illam fore sub alia conditione, quærendum vlterius de illa alia conditione, an velit illam fore vel non &c. sicut prius, cum nullus audeat fingere chaos infinitum, processum scilicet infinitum in conditionibus talibus in voluntate diuina, respectu vnius voluntatis singularis. Item si Deus velit aliquod futurum tantum conditionaliter, hoc maxime videtur de tali futuro quod dependet à libertate voluntatis humanæ, cur non similiter illud quod dependet à libertate propriæ voluntatis? Sicque nullum futurum absolute, determinatè, aut simpliciter, sed conditionaliter tantum vult Deus. Et est quis respondeat, Imo quia constat sibi determinate de sua propria voluntate; certe ita & de voluntate humana, cum nihil possit sine ipso specialiter & prius naturaliter idem voluerit,

Prima pars corollarij.

Secunda pars.

‖ certe

lente,

A lente & similiter operante, sicut vicesimum & tricesimum huius docent. Item cum voluntas absoluta & simplex sit determinatior, certior, & actualior conditionali, Deus determinatius, certius & actualius, quare & perfectius intrinsecè vellet vnum futurum quam aliud: quamobrem & similiter illud sciret, sicut per decimum octauum primi potest ostendi; quod per primam suppositionem potest redargui, & per tertiam partem corollarij primi primi. Item quando res illa erit præsens vel præterita; Deus determinatè, absolutè & simpliciter volet eam, sicut & ‖ *semper* vult præsentia & præterita vniuersa; quare secundum volumina temporum, ‖ simpliciter temporalium quoq; rerum volubiliter, aliter, & aliter intrinsecè vult & volet, contra vicesimum tertium primi, corollarium quoq; ipsius. Item aliquod tale volutum Dei de futuro potest non fore: ponatur; tunc Deus vult illud absolute non fore, sicut & scit; sic enim voleret post, & sciet; cur ergo inaniter vult conditionalitèr illud fore? Tertia pars consequitur euidenter, quoniam nulla propositio est de primo simpliciter quæ, habet causam extrinsecam priorem simpliciter attributionis huius inhærentiæ extremorum, & veritatis ipsius, sed quælibet propositio attribuens quamcunque causationem cuicunque causæ, habet causam huius priorem simpliciter, scilicet Deum, seu voluntatem diuinam, sicut prima pars corollarij manifestat. Quæcunque insuper propositio verè affirmat quodcunque positiuum inferius de quocunque sub Deo, habet causam superiorem & priorem simpliciter, scilicet Deum & voluntatem diuinam, sicut ex hîc & nono primi præmissis potest perspicuè demonstrari. Si quis autem voluerit dicere propositionem esse de primo simpliciter, quia attribuit propriam passionem, vel quodliber accidens suo primo subiecto, licet habeat causam priorem, simpliciter satis dicit: Primum enim simpliciter nedum subiectum prius, sed & causam priorem, imo & vniuersaliter omne prius excludit. Loquantur tamen homines sicut volunt: Non enim est litigandum de vocibus, dum res constent. Certum est autem propositionem attribuentem quodliber accidens suo subiecto primo sub Deo esse de primo primitate subiecti, cum Deus nullius accidentis sit subiectum, sed causa, sicut patet ex corollario primi, primi. Plurimæ tamen propositiones secundum quid, & in certo genere sunt primæ respectu scilicet causarum seu rerum inferiorum & naturalium; puta tales quæ attribuunt effectum proprium causæ propriæ, & primæ in genere omnium causarum naturalium, vel in certo genere limitato, & in aliqua determinata scientia, scilicet naturali, vel alia subalterna; aut quæ attribuunt propriam passionem suo primo subiecto, seu definitioni sui primi subiecti modis prædictis. Secundum hæc autem puto Philosophum primo Poster. vbi tractat istam materiam, non irrationabiliter exponendum. B C

Tertia pars.

CAP. XXXI.

D

Obiicit & respondet.

HAc autem turri Dauidicæ ciuitatis vsque ad Cœlum, imo & super Cœlos erecta, propugnaculis roborata, clypeis mille tecta, omni armatura fortium communita, & in cuius cacumine solus Deus cunctis excelsior, dignissimè residet summus rector; Pelagiani turbantur, mente insanunt, corpore furunt, pallescunt facie, ignescunt oculis, fremunt & tremunt, frendent & strident, tumultuantur, vociferantur, clamant, latrant, ac tota malignitatis furia debacchantur. Nihil enim magis Pelagianorum pestiferi dogmatis destructiuum, nihil magis salutiferi dogmatis defensiuum, nihil magis superbiam ipsorum humiliat, nihil magis omnem proteruiam ipsorum subpeditat, quàm hæc turris. Quamobrem hic apertis insultibus, illic occultis insidijs; hic arte, illic fraude; hic audacia, illic fallacia, ipsam destruere moliuntur; nec quicquam se reputant profecisse, nisi aduersariam turrim construxerint, in qua ipsi supremi præsideant, & subpeditent eis Deum: in qua ipsi principientur vt Domini, & Deus subijciatur vt seruus; in qua voluntas ipsorum præcedat vt Domina, & Dei voluntas sicut pedissequa subsequatur; in qua voluntas ipsorum ordinet & imperet vt Regina, & Dei voluntas obtemperet & subseruiat vt ancilla. Hi ergo [in primis] aggrediuntur hoc modo: Si Deus prius ‖ *natura* agat actum liberum voluntatis creatæ quam ipsa, ipsa prius natura patitur quàm agit, ‖ naturaliter non ergo liberè patitur: & si illiberè patitur, cum ipsam sic pati, sit ipsam agere, vel saltem ad ipsam sic pati, sequatur necessariò ipsam agere liberum actum suum, ipsa illiberè agit liberum

E

rum actum suum; quod contradictionem includit, & arbitrij perimit libertatem. Item causa A
præcedit naturaliter suum causatum; Merita verò nostra bona vel mala sunt causa quare De-
us diligit nos, vel odit, quare vult nobis gloriam sive pœnam, sicut tenet tota fides catholica,
& tota Scriptura Canonica contestatur. Qui & in testimonium suæ falsitatis hæreticæ [vera-
cem] Scripturam, Catholicorumque linguas Doctorum peruertere satagunt violenter. Scrip-
Psalmus. tum est aiunt; Præoccupemus faciem eius in confessione Psalmo, 94. Mane oratio mea præ-
ueniet te, Psalmo. 87. Præueni in maturitate, & clamaui; præuenerunt oculi mei ad te dilu-
culò, Psalmo 118. Conuertimini ad me, dicit Dominus Deus exercituum, & ego conuertar ad
Zacharias. vos; Zach. 1. Dominus vobiscum quia fuistis cum eo. 2. Paralip. 15. Quibus & multa similia
Paralipom. se offerunt multis locis. Item Marci vltimo scribitur; Illi autem profecti prædicauerunt vbi-
Marcus. que Domino cooperante; Discipulis ergo operantibus prius, Dominus cooperatur posteri-
Damascen. us. Vnde Damascenus in sententijs suis 43. Oportet, inquit, scire quod Deus antecedenter
vult omnes saluari, & regno eius fortunari: Non enim in puniendo plasmauit nos, sed ad per- B
cipiendum bonitatem eius vt bonus, peccantes autem vult puniri vt iustus. Dicitur ergo prima
quidē antecedens voluntas & acceptatio ex ipso existens; secunda autem sequens voluntas &
concessio ex nostra causa, & ipsa duplex; hæc quidem dispensatiua & eruditiua ad salutem;
hæc autem desperatiua ad finalem punitionem: hæc autem in his quæ non in nobis; eorum
autem quæ in nobis, quę quidem bona antecedenter vult & acceptat; quæ perniciosa autem
Robertus Lincolniensis. & verè mala, nec antecedenter nec consequenter vult. Robertus quoque Lincolniensis in qua-
dam quæstione de scientia Dei quærente, Quomodo Deus scit ea quæ continguat à casu, vel
à libera voluntate; respondens distinguendo de causa antecedente & coniuncta, dicit quod
primo modo Deus non est causa contingentium, sed secundo, quia cum fiunt facit ea esse:
nil enim fit, quod eo agente non fiat. Qui & in quadam quæstione de voluntate Dei quæ-
rente de voluntate signi, dicit, quod beneplacitum Dei est causa antecedens boni vniuersitatis
& boni singulorum; mali autem singulorum non est Dei beneplacitum antecedens, sed con- C
|| sit. iunctum, quia cum malum || *fit* bene ordinatur in vniuerso. Cui & concorditer Damascenus
Damascenus vbi prius; Oportet autem scire, quoniam electio quidem operationum in nobis est, finis au-
tem bonarum quidem Dei operationis iustè cooperantis præeligentibus bonum iusta consci-
entia secundum præagnitionem eius; malarum autem derelictionis Dei, rursus secundum
Augustinus. præcognitionem eius iustitiæ derelinquentis. Augustinus quoque 13. de Ciuit. Dei 15. dicit,
quòd ad malum hominis prior est voluntas eius; ad bonum verò eius prior est voluntas Crea-
toris eius, siue vt eam faceret, quæ nulla erat, siue vt reficiat, qua lapsa perierat. Quibus
Chrysost. etiam nonnulla similia possunt allegari à Chrysostomo in scriptis suis diuersis. Vnde super
epistolam ad Hebræos homilia 12. scribit ita, Oportet vndique cautelam exhibere nos, ne
forte obdormiscamus: Ecce enim, inquit, non obdormiet nec obdirmiscet qui custodit Is-
|| meis. raelm; & ne des commotionem pedibus || *tuis*. Non dixit, non commouearis, sed tu ne des.
In nostro arbitrio est dare, & in nullo alio: Si enim voluerimus stare firmi & immobiles, D
non commouebimur. Quid ergò, nihil Dei? omnia quidem Dei sunt, sed non ita vt libe-
rum arbitrium lædatur. Si ergo Dei sunt, inquit, omnia, quid nos culpat? propterea dixi,
vt liberum arbitrium nostrum non lædatur. Ex nostro itaque arbitrio est, oportet quippe nos
eligere primùm quæ bona sunt, & tunc ipse, quæ ab ipso sunt introducit: Non antecedit
nostras voluntates; ne lædatur nostrum arbitrium; Cùm autem nos elegerimus, multam
tunc introducit auxiliationem. Et quomodo ergo Paulus inquit, Nec volentis, nec curren-
tis, sed miserentis est Dei? Primùm, quod non secundum propriam sententiam introduxit,
sed veluti ex his quæ præposita erant, hoc collegit ex his quæ ante præmiserat: Dixit enim,
|| misereor. scriptum est, miserebor cui || *miserebor*: & igitur nec volentis, nec currentis, sed miserentis est
Dei. Dicis ergo mihi, quid adhuc quæritur? Secundò autem illud est dicendum, quòd
cuius est amplius, totum eius esse dixit: Nostrum enim eligere totum est & velle, Dei autem
efficere & ad perfectionem perducere. Quia ergò illius est amplius, eius esse dixit vniuersum E
secundum consuetudinem hominum: sic quippe facimus, verbi gratia; Videmus domum
bene edificatam, & dicimus, quia totum artificis est, & tamen non omne opus eius est, sed
etiam operariorum, & qui materiam tribuunt domui, & aliorum plurimorum; veruntamen
quoniam amplius contulit ille, illius vniuersum opus dicimus: sic etiam & hic. Iterum in mul-
titudine, vbi plurimi sunt; omnes esse dicimus, vbi autem pauci, nullum sic & Paulus dixit,
Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Astruit autem hic duo quædam mag-
na: vnum quidem, ne in superbiam erigamur; si festines, inquit, non potest tuus esse effectus,
|| in vano, alias, in vacuo. nisi enim desuper aduenat adiumentum, omnia || *in vanum erunt*; Veruntamen quicquid
adeptus fueris eorum ad quæ festinas, manifestum quia currendo & volendo adipiscieris.

Non

A Non ergo hoc dixit, quoniam in vanum currimus, sed quid? quoniam in vanum currimus,
si nostrum esse vniuersum putauerimus, si non plurimam partem Deo tribuerimus: Neque
enim Deus totum suum esse voluit, ne videatur sine causa nos coronare; nec iterum no-
strum, ne in superbiam incidamus; si enim minimam partem habentes alta sapimus, quid
si totius nos operis nostri Domini essemus? Et infra, Propheta dicebat, Laua a malitia cor
tuum Ierusalem, vt iuueris quia & nostrum est bonum. Huius autem munitionis altitudinem
aduersus Dei scientiam se superbissimè extollentis, miles Christi spiritualibus armis potenti-
bus Deo accinctus, faciliter destruet, in captuitatem rediget, & in obsequium Iesu Christi,
omnemque procacis cerucis inobedientiam vlciscetur, vniuersa arma eius carnalia auferet,
conteret, & confringet. Prima siquidem horum sagitta flatu Dei repulsa vulnerat sagitta-
tem, prima namque illorum argutia redarguitur per seipsam; si inquam, vt conaris arguere,
voluntas creata prius naturaliter agit, liberum actum suum quam Deus voluntas creata prius
B naturaliter agit, quam Deus hoc velit, per corollarium decimi, primi libri, quoniam, sicut
dicis, quia illa agit, ideò Deus vult eam agere, non è contra, ipsam ergò agere est causa
quarè Deus vult eam agere, & causa prior secundum naturam: voluntas ergò creata, & vo-
luntas diuina concausant illum actum voluntatis diuinæ, & voluntas creata prius naturâ:
quarè secundum deductionem tuam premissam, Deus causat illiberè liberum actum suum.
Similiter quoque posses arguere de filio Dei Patris: Nam secundum omnes Doctores Ca-
tholicos, filius quicquid habet, habet à Patre, & hoc secundum quandam causalitatem & pri-
oritatem, sicut præmissa tricesimo huius docent. Similiter etiam posses arguere de Sole, &
actione ipsius; quod Sol prius naturâ patitur, quàm agit: & si concedas, quero quam passio-
nem. Si dixeris creationem vel conservationem, sic & voluntas creata; nec istud te iuuat. Si
dixeris præparationem ad agendum: sic & voluntas creata. Ponatur quoque Sol creatus
præparatissimus ad agendum, & voluntas creata ad volendum; nec istud te iuuat, quia vo-
C luntas præparatissima ad agendum potest non agere, sicut ex primo & secundo huius euiden-
ter apparet. Si dixeris motionem ad agendum: illa motio sub qua specie motus continetur?
si sit alteratio, cuiusmodi alteratio, & in cuiusmodi qualitate? Illa quoque motio, & il-
luminatio solis exterior sunt diuersæ realiter, potestque prior per omnipotentiam Dei esse si-
ne posteriori: Non ergo ex illa necessariò sequitur alia, vt supponis; quare & in voluntate
creata similiter sentiendum. Talis quoque motio facta in voluntate creata est quædam dispo-
sitio seu præparatio ad volendum; sed per priora, voluntate sufficientissimè præparata non
necessariò sequitur ipsam velle, & sicut secundum huius ostendit, nulla res creata, nec vlla
causa secunda potest necessitare voluntatem creatam ad liberum actum suum. Si dixeris,
quòd Sol priùs patitur suum agere, quàm agat; prius ergo natura recipit suum agere quàm
ipsum agat; quare agere Solis prius natura est, quàm Sol agat ipsum: Sed quomodo, cùm
omnis causa efficiens præcedat saltem naturâ omnem suum effectum? Si dixeris, quòd illa
D passio prima Solis non est suum illuminare, sed vnum aliud agere prius illo, istud videtur su-
perius reprobatum. Præterea de illo agere reuertitur argumentum præmissum: Nam illud
agere, est agere Solis, vt concedis: quare prius naturâ Sol recipit illud suum agere, quàm id
agat, &c. sicut prius. Et si adhuc non erubueris fingere, quod Sol recipit illud agere per
vnum aliud agere, quod recipiendo patitur prius illo, corripieris vt prius. Præterea,
vel facies processum infinitum hoc modo, quod natura abhorret, & secunda suppositio
prohibet; vel tantùm finitum, & tunc dabis aliquod agere Solis primum, contra
quod reuertitur argumentum. Si vero dixeris, quod illa passio prima Solis est quædam
eius coniunctio, seu adiunctio cum suo agere, illa adiunctio vel est aliqua motio, vel sola re-
latio: Si motio, remouebitur per præmissa: Si sola relatio, oportet quod sit relatio realis ex
quo iuuat realiter ad agendum, oportet quod fundetur in extremis adiunctis, sicut æqualitas
in quantitatibus æqualibus, & similitudo in qualitatibus similibus: fundamentum autem est
E prius natura fundato, sicut causa causato; quare cum Sol, quam eius agere naturaliter hanc
præcedit, cuius oppositum ponebatur. Cum ergo arguis, Deus agit actum voluntatis creatæ
prius naturâ quàm ipsa; ergo ipsa prius naturaliter patitur quam agit: falleris, non conclu-
dis. Non enim patitur ibi voluntas nisi recipiendo suum actum seu agere, & prius natura est
actum seu agere eius esse, quam recipi, & adhuc prius natura est voluntatem producere suum
actum seu agere, quam ipsum esse, quia per producere capit esse: prius ergo natura est vo-
luntatem agere suum actum, quam ipsum recipere & sic pati. Et si adhuc replices, quod vo-
luntatem agere agitur, quia non æternaliter sed nouiter habet esse; & si agitur, agitur per ali-
quod agi ipsum præcedens: quare adhuc voluntas prius naturaliter patitur quam agit, falleris,
sicut prius. Sic enim posses arguere; omne agens seu actiuum, etiam ipsum Deum esse passi-

uum,

num, & hoc prius naturaliter quàm actuum, & semper prius pati quam agere. Detur enim A
A agere Dei ad extra, in quo Deus non patitur, vel non prius patitur, quam agit; tunc vt
prius, Deum agere A agitur, quia non æternaliter, sed nouiter habet esse: agitur ergo per a-
liquod agi ipsum præcedens; quare & Deus prius ibi naturaliter patitur quam agit. Simili-
ter quoque posses arguere, nullum esse primum agere Dei ad extra: Detur enim A primum;
Tunc (vt prius) A agitur, quia non æternaliter, sed nouiter habet esse; agitur ergo per ali-
quod agi præcedens, & omne agi fit per aliquod agere prius illo. Illud ergo agi, & A primum
agere, aliud agere causaliter & naturaliter antecedit. Ex his igitur euidẽter apparet non esse ne-
cessariũ de quolibet nouo agere, quod ipsum agatur per aliquod agi naturaliter prius illo, imo
nec per aliquod agere prius illo, sed per aliquod agens causaliter, & ideo naturaliter prius illo.
Cum igitur arguis, volũtatem agere agitur; ergo per aliquod agi prius naturaliter: non oportet. B
Primũ enim suũ agere agitur per Deũ & per ipsam, non per aliquod suũ agi, aut agere tempo-
raliter aut naturaliter antecedens. Si quis tamen voluerit dicere, quodlibet agens creatũ prius
naturaliter pati quàm agere, quia in agendo subijcitur, & posterioratur Deo agenti, probabili-
ter multum potest, & concorditer dictis multorum, & sic loquendo de pati, ratio non proce-
dit. Quod autem arguitur de causalitate meriti respectu dilectionis odij que in Deo, redargui-
tur per tricesimum nonum primi. Illud autem Psalmi, Præoccupemus faciem eius in confes-
sione, non mouet: Non enim dicit Propheta, Præoccupemus cooperationem diuinam no-
biscum, sed faciem eius in confessione; in confessione, inquam, laudis Deum laudando: vn-
de subiungitur, & in Psalmis iubilemus ei; & in confessione fraudis seipsum accusando; Ideo
‖coram qui sequitur; Venite, adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus ‖ *coram Domino*; quod vt
fecit nos; faciamus, nos præuenit operando: Confessio namque & magnificentia opus eius. Nec illud
Psalmi, Mane oratio mea præueniet te, debet mouere: quia non dicit oratio mea præueniet
cooperationem tuam, sed te; quasi diceret; Mane orabo coram te, coram facie Dei mei; quod C
vt faciam, Spiritus Sanctus facit; ipso namque filij Dei agentur. Illa vero de Psalmo 113. si-
militer possunt intelligi & exponi, reliqua autem de Zacharia, & Paralip. erant exposita trice-
simo quinto primi. Illud autem Marci, Domino cooperante &c. nec apparentiam quidem
habet; Dictum verò Damasceni non obuiat: Non enim affirmat quod electio operationum
est nostri & Dei, & prius nostri quam Dei, sed quod prius bene elegimus operando, quam fi-
nale præmium consequamur. Dictum etiam Lincoliensis, si bene intelligatur, non obuiat:
Causa namque antecedens, vt ibi loquitur, necessitatem naturalem includit. Vnde sic ait;
Antecedentia, de qua fit hic sermo, est euentus futuri secundum cursum naturæ necessarij
præordinatio. Quod autem idem Lincoliensis, Damascenus, & Augustinus videntur asse-
rere, quod in bonis voluntas diuina sit prior humana, & in malis posterior, quomodo facit
pro vobis? Actus enim bonus voluntatis & malus secundum substantiam actuum sunt boni D
naturaliter, sicut patet per vicesimum quintum secundi, & vicesimum sextum primi; sunt eti-
am quantum ad naturalem substantiam actuum similis rationis: si ergo vnus secundum sub-
stantiam actus fiat antecedenter à Deo, & alius. Si etiam (sicut supponitis) non deceat Deum
velle aut facere malum antecedenter; quomodo decet eum trahi à Diabolo, à quolibet pec-
catore, & à qualibet meretrice ad consentiendum eorum maleficijs quibuscunque, & ad vo-
lendum & faciendum ea omnia consequenter? Quomodo namque decet, quod voluntas di-
uina cuilibet pessimo, velut adultera, supponatur, & opprimatur à quolibet violenter? Qua-
liter etiam habet Deus voluntatem nouellam sequentem malam voluntatem creatam? Aut
quomodo voluntas diuina, causatur & sequitur ex humana contra vicesimum, & vicesimum
tertium primi libri. Veruntamen pro intellectu Patrum, sciendum quod sicut 34. & 39. primi
præmissa testantur, Deus vult seipsum primo, secundo quodammodo vult bona alia extra ip-
sum, tertio verò mala, quatenus videlicet ex malis prouenient quædam bona, ipsius prou-
dentia omnia suauiter disponente; sicque vult Deus bonum prius quodammodo & ante- E
cedenter, malum verò posterius & consequenter, quia finaliter propter bonum. Sciendum in-
super, quod Deus vult & facit bona merita voluntatis per gratiam naturaliter præcedentem,
sicut 40. & 41. primi docebant; mala verò non sic: Quare potest dici Deum velle bona ante-
cedenter, mala autem nequaquam. Augustinus verò cum dicit, quod ad malum hominis pri-
or est eius voluntas quam Dei, intelligit, sicut puto, quod ad malum pœnale hominis prior est
voluntas eius delinquens, quam Dei puniens: Ait enim, Si in eo quod dictum est, Morte mo-
riemini, quoniam non est dictum, Mortibus, eam solam intelligamus, quæ fit cum anima de-
seritur sua vita, quod illi Deus est: Nõ enim deserta est vt desereret, sed vt desereretur deserit:
Ad malum quippe eius prior est voluntas eius; ad bonum verò eius prior voluntas Creatoris
‖etsi eius, siue vt eam faceret, quæ nulla erat, siue vt reficiat, quæ lapsa perierat: ‖ *etiamsi* ergo hanc
intelligamus

A intelligamus Deum denuntiasse mortem, in eo quod ait; Qua die ederitis ex illo morte
moriemini, tanquam diceret; Qua die me deserueritis per inobedientiam, deseram vos per
iustitiam, profectò in ea morte etiam cæteræ duæ denuntiatæ sunt, quæ proculdubio fuerant
secuturæ. Quod autem dicit Damascenus, Deum non velle mala nec antecedenter, nec con-
sequenter secundum superficiem literæ, potest refelli, per tricesimum quartum primi, potest
quoque per ibi ostenta intelligi & exponi. Et quid mirum, si Damascenus negaret præef-
ficientiam Dei, in actu liberi arbitrij, cùm coefficientiam eius neget, sicut tricesimo octauo
huius apparet. Dictum quoque Chrysostomi, si intelligatur ad literam, videtur corrigen-
dum in multis, sicut octauum huius, vicesimum & eius corollarium, & tricesimum huius
probant.

COROLLARIVM.

B

Corollarium notabile, quod sacra Theologia pium & prudentem Lectorem requirit.

EX his autem alijsque præmissis euidenter cognoscitur, quod sacra Theologia Le-
ctorem pium requirit pariter & prudentem, ne forsitan cum Manichæis in sacra
Scriptura falsum quippiam suspicetur, aut dum omnia esse vera veraciter confitetur,
Pelagianorum consentiat falsitati, ne vel defendendo Doctores Catholicos, hæreticis fa-
ueat, vel persequendo hæreticos autores, Catholicos criminetur, ne quia rectè dictum a-
licuius amplectitur, etiam errorem eius sequatur, aut quia errorem cuiuspiam reprobat,
C etiam rectè dictum eius contemnat. Quis enim lectis capitulis isto secundo & primo præ-
missis, imò lectis libris Scripturæ canonicæ & Doctorum, non facilè videat quot & quan-
ta loca horum & illorum superficialiter videantur Pelagianæ hæresi consentire? Loca au-
tem huiusmodi sacræ Scripturæ sæpe se offerunt copiosè, quorum & quædam præmissis
capitulis recitantur, quibus & Pelagius se muniuit, cui & Augustinus aliquando in parte
consensit, sicut patet ex tricesimo quinto & quadragesimo quinto primi; aliquando verò ap-
paruit consentire in tantum, quod Pelagius & Pelagiani quandoque ex dictis proprijs Augu-
stini contra ipsum pugnabant, sicut patet 1. Retrac. 9. & 15. de natura & gratia 67. & 2. sen-
tent. Lumbardi dist. 28. nimisque sedulò experimur multos afferre dicta Augustini & alio-
rum Doctorum ad Pelagianam nequitiam roborandam, quod & patet ex capitulis memora-
ris. Huic quoque Pelagio videtur & Chrysostomus consentire. Homilia namque quadrage- *Chrysost.*
D simæ septimæ super Iohannem exponens illud Iohan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi fue-
rit ei datum à Patre meo, sic ait; Cum autem audieris, Quoniam dedit, non destinationem
simpliciter æstima, sed illud crede, quoniam qui tribuit seipsum dignum vt accipiat, ille susce-
pit. Qui & super illud Matth. 7. Petite & dabitur vobis &c. homilia decima octaua in im-
perfecto, Petite, inquit, &c. Quærite &c. Pulsate, & aperietur vobis, gratia vos prosequen-
te; nec gratiam acquirimus nisi studuerimus & laborauerimus ne donum Dei negligentibus
detur. Gratia enim adiutorium est infirmitatis humanæ; adiutorium autem dormientibus
non datur, sed festinantibus & præualentibus. Et infra homilia vicesima tertia super illud
Matth. 19. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, sic ait; Non dixit, Non
omnes possunt, sed non omnes capiunt, id est, omnes quidem capere possunt, non tamen om-
nes capere volunt, sed quibus datum est: non hoc significat, quoniam quibusdam datur, qui-
busdam non datur, sed illud ostendit, quia nisi auxilium gratiæ acceperimus, nihil ex nobis
valemus: Quoniam autem volentibus gratia non denegatur, in Euangelio Dominus dicit,
E Petite, & dabitur vobis; Quærite, & inuenietis; Pulsate, & aperietur vobis: Omnis enim qui
petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Debet autem voluntas præcedere,
& sic sequitur gratia; nam nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia
potest. Super illud quoque Matth. 13. Vobis datum est nosse &c. Illis autem non est datum,
recitante glossa Thomæ, sic ait; Hoc autem dixit, non necessitatem inducens, nec fatum, sed
demonstrans quod illi, quibus non est datum, causa sibi sunt vniuersorum malorum,
ostendere volens quoniam cognoscere diuina mysteria donum est Dei & gratia desu-
per data, non tamen propter hoc liberum arbitrium destruitur. Et hoc, ex his quæ se-
quuntur, manifestum est. Vt enim neque illi desperent, neque isti pigritentur audientes